

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Breviarium benedictinum - Cod. St. Blasien 19 bis 23

Pars Autumnalis - St. Blasien 23

Gerbert, Martin

[St. Blasien], [um 1774 - 1777]

De tempore

[urn:nbn:de:bsz:31-48883](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-48883)

Proprium de Tempore.

Part. Autumnalis.

i.

i.

B.A.

Sabbato ante Dominicam XV. post Pentecosten.

Ad Vesperas duplex.

Wollagnif. ant. Sapientia et disciplina,
et scientia legis apud Deum: & dilectio et
vis honorum apud ipsum. Ecli. ij.

Oratio Laur. Gelas.

Calceam tuam Domine, misericordia conti-
nuata mundet et muniat: et quia sine te
non potest salva consistere; tua semper
munere gubernetur. Per Dominum.

Dominica XV. post Pentecosten.

Duplex maior.

In I. et nocturno.

Lectio I.

De libro Ecclesiastici. cap. 15.

Deus ab initio constituit hominem, et re-
liquit illum in manu consilii sui. adiecit
mandata et precepta sua. Si volueris manda-
ta servare, conservabit te, et in perpetuum
idem placitum facere. Apposuit tibi aquam
et ignem: ad quod volueris, appone manum
tuam. Ante hominem vita et mors, bonum
et malum: quod placuerit ei dabitur illi:
quoniam multa sapientia Dei, et fortis in
potentia, videns omnes sine intermissione.
Caeli Domini ad timeantes Deum, et ipse agnovit
omnem operam hominis. et tamen mandavit
impie agere, et nemini dedit spatium peccandi.
Non enim concupiscit multitudinem filio-
rum infidelium et inutilium.
R. et nihil melius est, quam timor Dei: et
nihil dulcius, quam respicere in mandatis
Domini. V. iudicia Domini desiderabilia



Super aurum et lapidem pretiosum multum:
 et dulciora super mel et favum. †. nihil.
 Euli. 25. Ps. 18.

Lectio II. cap. 16.

et misericordia et ira est in illo. potens exoratio, et
 effundens iram. Secundum misericordiam suam,
 sic correptio illius hominem secundum opera sua
 iudicat. et non effugiet in rapina peccator, et
 non retardabit sufferentia misericordiam
 facientis. Omnis misericordia facit locum
 unicuique secundum meritum operum suo-
 rum, et secundum intellectum peregrinationis
 ipsius.

R. et sic dicar: misericordia Domini magna est, mul-
 titudinis peccatorum miserebitur. †. miseri-
 cordia enim et ira ab illo cito proxima est, et
 in peccatores respicit ira illius. R. Sedebit su-
 per solium in veritate, iudicans et querens
 iudicium; et velociter reddens quod iustum est.
 * misericordia. Euli. 5. Ps. 16.

Lectio III.

et non dicar: a Deo abscondar, et ex sum me quis mei
 memorabitur? In populo magno non
 agnoscar. quo est enim anima mea in tam im-
 mensa creatura? Eue caelum, et caeli colorum,
 abyssi et universa terra, et quo in eis sunt,
 in conspectu illius commovebuntur; montes
 simul et colles, et fundamenta terre, cum
 conspexerit illa Deus, tremore concutientur.
 Et in omnibus his inensatum est cor: et omne
 cor intelligitur ab illo: et vias illius quis
 intelligit et procellam, quam nec oculus vi-
 debit hominis?

R. Ne sequaris concupiscentiam cordis tui,
 et ne dixeris: quis me subiciet propter facta
 mea? * Deus enim vindicans vindicabit. R.
 et non est ulla creatura invisibilis in conspectu
 eius: omnia autem nuda et aperta sunt oculis
 eius. * Deus. Euli. 5. Hebr. 4.

Vam plurima illius opera sunt in absconditis,
 sed opera iustitiae eius quis enuntiabit? aut
 quis sustinebit! Longe enim est testamentum
 a quibusdā, et interrogatio omnium in
 confirmatione est. qui minoratur corde,
 cogitat inania: et vir imprudens et errans
 cogitat secula. Audi me fili, et discite discipli-
 nam sensus, et in verbis meis attende in corde
 tuo, et dicam in equitate disciplinam, et
 scribabor enarrare sapientiam, et dico in
 equitate spiritus virtutes, quas posuit Deus
 in opera sua ab initio, et in veritate enuntio
 scientiam eius. Absconditis in credibili verbo illius.
 Et impiis et peccatoribus reddet vindictam,
 custodiens eos in diem vindictae: & quoniam
 acerbissimus adus habet peccatores, et miserus
 est paenitentibus. V. Nolite zelare mor-
 tem in errore vite vestro, neque adquiratis
 perditionem in operibus manuum vestrarum.
 * quoniam. R. gloria. * quoniam. Luci. 12.
Sap. 1. In II. et nocturno.

Lectio V.

Sermo sancti Bernardi abbatis.

grist. 107.

Audiat in sui vocatione peccator quod timeat;
 et si auctores ad solam iustitiam videat illumi-
 natus, quid diligat. quid nam est illud? Mi-
 sericordia Domini ab eterno, et usque in
 eternum super timentes eum: ab eterno,
 propter predestinationem; in eternum, prop-
 ter beatificationem. Altera carens prin-
 cipio, altera nesciens finem. Siquidem quos
 ab eterno predestinat, in eternum beati-
 ficat, intercedente sane media vocatione una-
 cum iustificatione dumtaxat in adultis.

4.
Sicut ad ortum solis iustitiae sacramentum ob-
secundum a seculis de predestinatis et bea-
tificandis, emergere quodammodo incipit ex
abyssu aternitatis, dum quisque vocatus per
timorem, iustificatus per amorem, presumit
se quoque esse de numero beatorum, sciens
nimirum, quia quos iustificavit, illos et
magnificavit.

R. Beatus homo, cui donatum est habere
timorem Dei: & timor Dei initium dilatio-
nis eius: fidei autem initium agglutinandum
est ei. V. Beatus vir, qui semel Dominum:
iustitia eius manet in seculum seculi. &
timor. Euli. 28. Ps. 111.

Lectio VI.

Quid enim? audit se vocari, cum timore con-
cutitur: sentit se et iustificari, cum amore
perfunditur: et de magnificatione diffidit?
Initiatur, provehitur: et de sola consumma-
tione desperabit? Numpe si initium timor
Domini, in quo dicta est esse nostra vocatio;
quid nisi proventus in sapientia est amor
Dei, is dum laxat, qui interim ex fide est,
ex quo et nostra fit iustificatio? quid item
nisi consummatio in sapientia est, ipsa, quam
in fine speramus, de divina illa et deifica
visione glorificatio?

R. Initium sapientiae timor Domini, et
cum fidelibus in vulva concreaturo est: &
timor Domini scientiae religiositas: reli-
giositas custodiet et iustificabit eum, in can-
didatam abque gaudium dabit. V. Signis
erit consummatus inter filios hominum,
si ab illo abfuerit sapientia tua, in nihilum
computabitur. & timor. Euli. 1. Sap. 9.

Lectio VII.

(Etenim peccatorem) si superna misericordia

signanter quandoque represserit, immiserique
spiritum compunctionis, quatenus ingemiscat
et resipiscat, mulctet uiam, domet carnem, amet
proximum, clamet ad Deum, proponatque de
cetero vivere Deo, non seculo: ex qua deinde superui-
cuminis gratuita uisitatione, et subita muta-
tione dextera Excelsi, agnoscat se merito qui-
dem non iam iræ sed gratiæ filium, quippe
qui paternum erga se diuino bonitatis expe-
ritur affectum, quod se ubique hactenus in-
tantum latuerat, ut non solum nesciret, utrum-
nam dignus foret amore an odio, verum etiam
odium magis et non amorem propria conuer-
satio testaretur. Tunc demum is, quem prior
uita ac propria conscientia tanquam reuera
filium gehennæ deputauerat ardoribus sempiter-
nis, ad tantam uisitantis se orientis ex alto
dignationem respirans, gloriari etiam incipit
preter spem in spe gloriæ filiorum dei, quam
iam, nimirum e uicino reuelata fauce exul-
tans, nouo in lumine speculatur et dicit: sig-
natum est super nos lumen uultus tui Domine,
dedisti letitiam in corde meo.

Ps. Qui timebit Dominum, diligite illum:
et illuminabuntur corda uestra. * quoniam
pius et misericors est Deus, et protector est
omnibus exquirentibus se in ueritate. V.
Accedite ad eum et illuminamini; et facies
uestre non confundentur. * quoniam. Salm. 2.
Ps. 33. LECTIO VIII.

O Domine, quid est homo, quia innotuisti ei,
aut filius hominis, quia reputas eum? Jam
se, o bone Pater, uermis uilissimus, et odio
dignissimus lengeterno, tamen confidit amari,
quoniam se sentit amare: immo quia se amari
prosentit, non redamare confunditur.
Jam apparet in lumine tuo, o inaccessibilis

¶ *¶*
Sicut, quid boni penes te, etiam cum malus opes,
miserum maneret humunculum. amari pro-
inde non immerito, quia amatus est sine
merito. amari sine fine, quia sine principio se-
lentur amatum. Prodit in lucam ad miseriam
solationem magnam consilium, quod ab ota-
no catuerat in fine eternitatis: quod nolit
videlicet Deus mortem peccatoris, sed magis
ut convertatur et vivat. Habes, homo, huius
arcani iudicem Spiritum iustificantem,
eoque ipse iustificantem spiritui tuo, quod
filius Dei et ipse sis.

¶ *¶*
¶ Non impediaris orare semper, donec vercaris
usque ad mortem iustificari. quoniam merces
Dei manet in eternum. ¶. Qui iustus est,
iustificetur adhuc: et sanctus, sanctificetur
adhuc. ¶ quoniam. ¶. gloria. ¶ quoniam.
Euli 19. apoc. 22.

In III. nocturno.

Lectio IX.

De Epistola catholica beati iacobi apostoli.
cap. 3.

¶ Nolite plures magistri fieri, fratres mei,
Scientes quoniam minus iudicium sumitis.
In multis enim offendimus omnes. Si quis
ni verbo non offendit, huius perfectus est vir:
potest etiam freno circumducere totum
corpus. Si autem equus freno in ora mit-
timus ad consentiendum nobis, et omne
corpus illorum circumferimus. Ecce novus
cum magno fuit, et a ventis validis mi-
nentur, circumferuntur a modico gubernante,
ubi impetus dirigentis voluerit. Ita et lin-
gua modicum quidem membrum est, et mag-
na exaltet.

¶ Custodite vos a murmuratione, quae nihil
prodest, et a detractione parite lingue: ¶

71.
memiam sermo obscurus in vacuum non ibit.
V. Attende ne labaris in lingua, et cadas, possit
casus tuus in sanabilis in mortem. * quoniam
Sap. i. Eccl. 28.

Lectio X.

Eae quantus ignis quam magnam flammam in-
cendit. Et lingua ignis est, universitas iniquita-
tis. Lingua constituitur in membris nostris,
quo maculat totum corpus, et in flammam, et in
nauis vitas nostras, inflammata a gehenna.

Omnia enim natura bestiarum, et volucrum,
et serpentium, et ceterorum domantur, et do-
mita sunt a natura humana: linguam autem
nullus hominum domare potest: inquit tum
malum, plena veneno mortifero.

R. De fructu oris viri replebitur ventris eius,
et gemina labiorum ipsius saturabunt
eum: * mors et vita in manu lingue, qui dili-
gunt eam, comedent fructus eius. V. Non
scandalizetis in labiis vestris, attende in illis,
ne forte cadas, et adiuvas animo tuo in hono-
rationem. * mors. Prov. 18. Eccl. 17.

Lectio XI.

In ipsa benedicimus Deum et Patrem: et
in ipsa maledicimus homines, qui ad simili-
tudinem Dei facti sunt. Ex ipso ore procedit be-
nedictio et maledictio. Non oportet, fratres
mei, hoc ita fieri. Numquid fons de eodem
foramine emanat dulcem et amarum aquam?
Numquid potest, fratres mei, ficus uvas facere,
aut vitis ficus? Si neque salsa dulcem potest
facere aquam: quis sapiens et disciplinatus
inter vos? ostendat ex bona conversatione
operationem suam in mansuetudine sapientiae.

R. Esto mansuetus ad audiendum verbum,
et sicut sapientia proferas responsum verum: *

honor et gloria in sermone sensati; lingua
vero imprudentis gradina subversio est ipsius.

V. Verba vis sapientis gratia; et labia insi-
pientis precipitabunt eum. & honor. luli. 8.
lule. 10.

Leclio XII.

Quod si Zelum amarum habetis, et conten-
tiones sint in cordibus vestris: nolite gloriari
et mendaces esse aduersus veritatem. et non
est enim ista sapientia desursum descendens,
sed terrena, animalis, diabolica. ubi enim
Zelus et contentio, ibi inconstantia et omne
opus prauum. quod autem desursum est sapi-
entia, primum quidem pudica est, deinde
pacifica, modesta, suauis, bonis consecutus,
plena misericordia et fructibus bonis, non
iudicans sine simulatione. Fructus autem
iustitiae in pace seminatur, facientibus
pacem.

Q. pro Dominica. Seraphim clamabant
alter ad alterum & sanctus, sanctus sanc-
tus Dominus Deus exercituum: & plena est
omnis terra gloria eius. V. Tris unus, qui
testimonium dant in caelo, pater, Verbum
et Spiritus sanctus. et hi tres unum sunt. &
sanctus. V. gloria & plena. gl. b. i. pan. 5.

R. infra hebraeum. Beatus, qui in
istis versatur bonis: qui ponit illa in corde
suo, sapiens erit semper: & quia lux dei vesti-
gium eius est. V. Beatus homo, qui inue-
nit sapientiam, et qui tenuerit eam, beatus.
& quia. V. gloria. & quia. luli. 50. Prov. 10.

Sequentia sancti Evangelii secundum
Lucam. cap. 7.

In illo tempore. gl. Jesus in ciuitatem, quae vocatur

um: et ibant cum eo discipuli eius, et
ita copiosa. Cum autem adpropinquaret
ad civitatis, ecce defundus efferebatur
cuius unicus materis suus: et haec vidua erat,
Turba civitatis multa cum illa. quam
in vidisset Dominus, misericordia motus
oper eam, dixit illi: noli flere. Et accepit et
et ligit loculum: hi autem, qui portabant,
revertunt. Et ait: adolescens, tibi dico, surge.
Et resedit, qui erat mortuus, et cepit loqui.
Et dedit illum matri suae. Accepit autem
omnes timor, et magnificabant Deum dicen-
tes: quia propheta magnus surrexit in nobis;
et: quia Deus visitavit plebem suam.

Ad Bened. ant. ait Jesus: adolescens, tibi
dico, surge: et resedit, qui erat mortuus, et
cepit loqui: et dedit illum matri suae. Luc. 7.

De Magnif. ant. Accepit omnes timor, et
magnificabant Deum dicentes: et quia prophe-
ta magnus surrexit in nobis, et, quia Deus
visitavit plebem suam. Luc. 7.

Teria II.

Lectio I.

De libro Eclesiastici. cap. 17.

Elemosyna viri quasi signaculum cum
ipso, et gratiam hominis quasi pupillam
conservabit: et postea resurget, et retribuet
illis retributionem, unicuique in caput
ipsorum, et convertet in interiores partes
terre. Poenitentibus autem dedit viam iu-
stis, et confirmavit deficientes sustinere,
et destinavit illis sortem veritatis. * Con-
vertere ad Dominum, et relinque peccata
tua: precare ante faciem Domini, et minue
offendicula. Convertere ad Dominum, et
convertere ab iniustitia tua, et inimis odio

10.
exccrationem: et cognosce iustitias et iudicia Dei, et sta in sorte propofitionis, et orationis ad lipimi Dei. 9. In partes vade feuli sancti, cum vivis et dan libus confessionem Deo. et non demoreris in errore impiorum, ante es mortem confitere. a mortuo quasi nihil perit confepio. Confiteberis vivens, vivus et sanus confiteberis, et laudabis Deum, et gloriaberis in miserationibus illius. * Quam magna misericordia Domini, et propitiatio illius, concertantibus ad se! et ec omnia potunt ope in hominibus, quoniam non est immortalis filius hominis, et in vanitate malitia plauerunt. Quid lucidius sole? et hu deficiet. Aut quid nequius, quam quod ex cogitavit caro et sanguis? et hoc arguetur. Virtutem altitudinis caeli ipse confpicit, et omnes homines terra et cinis.

¶ ex I. et oct. Dominico praecedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Fulgentii episcopi.

l. de fide ad Petr. n. 28. p.

Tempus acquirendi vitam aeternam in ista tantum vita Deus hominibus dedit, ubi voluit ope etiam praesentiam fructuosam. Praesentem huius praesentiam fructuosa est, quia potest huius homo de propria malitia bene vivere, et immutata iniusta, merita simul operaque mutare, et in timore Dei ea gerere, quo placeant Deo. Quod qui in hac vita non fecerit, habebit quidem praesentiam in futuro seculo de malis suis; sed indulgentiam in conspectu Dei non inueniet: quia offerit ibi stimulus praesentis, nulla tamen ibi erit amplius correctio voluntatis. Proinde omni homini

in hac vita esse potest utilis penitentia,
 quam quocumque tempore homo egerit, quam-
 libet iniquus, quamlibet annosus, si toto
 corde renuntiaverit peccatis preteritis, et
 pro eis in conspectu Dei non solum corporis,
 sed etiam cordis lacrymas fuderit, et malorum
 operum maculas bonis operibus diluere cu-
 raverit, omnium peccatorum suorum in-
 dulgentiam mox habebit. Verumtamen
 nullus hominum debet sub spe misericordie
 Dei in suis diutius remanere peccatis: cum
 etiam in ipso corpore nemo velit sub spe
 futuro salutis diutius aegrotare. Tales enim,
 qui ab iniquitatibus suis recedere negligunt,
 et sibi de Deo indulgentiam repromittunt,
 nonnunquam illa preveniuntur repente
 Dei furore, ut nec conversionis tempus, nec
 beneficium remissionis inveniant. Proinde
 diligenter misericordiam Dei, metuentes, que
 iustitiam, nec de remissione peccatorum de-
 speremus, nec remaneamus in peccatis:
 scientes, quia illa omnium hominum de-
 bita sit exactura equitas iustissimi iudicis,
 quo non dimiserit misericordia clementissimi
 Redemptoris.

Seria III.

Lectio I.

De libro Ecclesiastici. cap. 18. 19.

Ante iudicium para iustitiam tibi, et ante-
 quam loquaris, discere. ante languorem adhi-
 be medicinam, et ante iudicium interroga
 te ipsum, et in conspectu Dei invenies propi-
 tiationem. ante languorem humilia te,
 et in tempore infirmitatis ostende conversatio-
 nem tuam. Non impediaris orare semper,
 et ne vereris usque ad mortem iustificari,

quoniam merces Dei manet in eternum. *
 Ante orationem prepara animam tuam,
 et noli esse quasi homo qui tentat Deum.
 Memento irae in die consummationis, et
 tempus retributionis in conversatione faciei.
 Memento paupertatis in tempore abun-
 dantiae, et necessitatum paupertatis in die
 divitiarum. A mane usque ad vesperam im-
 mutabitur tempus, et haec omnia citata in
 oculis Dei. 9. Homo sapiens in omnibus
 melior, et in diebus delictorum attendet
 ab inertia. Omnis astutus agnoscit sapien-
 tiam, et invenienti eam dabit confessionem.
 Sensati in verbis et ipsi sapienter egerunt,
 et intellexerunt veritatem et iustitiam,
 et impleverunt proverbia et iudicia. *
 Post concupiscentias tuas non eas, et a
 voluntate tua avertere. Si proster animo
 tuo concupiscentias eius, facies te in gaudium
 inimicis tuis. Ne oblecteris in turbis nec in
 mediis: apudna enim est comipio illorum.
 Operarius ebriofus non locupletabitur:
 et qui spernit modica, paulatim decidet.
 R. ex II. et Oct. Domini et precedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii Papae.

l. past. P. D. cap. 33.

Admonendi sunt, qui quamvis in minimis,
 sed tamen frequenter excedunt, ut nequa-
 quam considerent, qualia, sed quanta commit-
 tant. Facta enim sua si despiciunt si mere-
 cum pensant, debent formidare cum numerant.
 altis quippe gurgites fluminum parva sed
 in numero replent gutta pluviarum. Et
 hoc agit sentina latenter excrepans, quod
 patenter procella fovient. Et minuta sunt,

que erumpunt membris per scabiem vulne-
 ra, sed cum multitudo eorum innumerabi-
 liter occupat, sic vitam corporis sicut unum
 grave inflatum pectori vulnus necat.
 Atque videlicet scriptum est: qui modica per-
 nit, paulatim deuidit. qui enim peccata
 minima flere ac deuitare negligit, a statu
 iustitie non quidem repente, sed partibus
 totis caidit. Admonendi (igitur) sunt qui
 in minimis frequenter excedunt, ut sollicite
 considerent, quia non nunquam in parua
 deterius, quam in maiori culpa peccatur.
 Maior enim quo citius quia sit culpa agnos-
 citur, eo etiam celerius emendatur: minor
 vero, dum quasi nulla creditur, eo peius quo
 et securius in usu retinetur. Unde fit ple-
 rumque, ut mens apueta malis leuibus
 nec grauiora perhorrescat, atque ad quamdam
 auctoritatem nequitiis per culpas multita
 perueniat, et tanto in maioribus contemnat
 per timescere, quanto in minimis diuidit
 non timendo peccare.

Teria IV.

Lectio I.

De libro Eclesiastici. cap. 19.

Qui credit cito, leuis corde est, et minorabi-
 tur: et qui delinquit in animam suam,
 insuper habebitur. qui gaudet iniquitate,
 denotabitur: et qui odit correctionem, mi-
 nuetur vita; et qui odit loquacitatem, ex-
 tinguit malitiam. qui peccat in animam
 suam, poenitebit: et qui iucundatur in
 malitia, denotabitur. et iterum verbum
 nequam et durum, et non minoraberis.
 * Amico et inimico noli narrare seipsum
 tuum: et si est tibi delictum, noli denudare.

Audiet enim te, et custodiet te, et quasi
 defendens peccatum odiet te, et sic odiet
 tibi semper. Audisti verbum aduersus
 proximum tuum? commoriatur in te,
 fidens quoniam non te dirumpet. a facie
 verbi pariturus facturus, tanquam genitrus
 pariturus infantis. Sagitta infixae femori car-
 nis, si verbum in corde stulti. ¶ Corripe
 amicum, ne forte non intellexerit, et dicat:
 non feci; aut si fecerit, ne iterum addat fa-
 cere. Corripe proximum, ne forte non
 dixerit, et si dixerit, ne forte iteret. Cor-
 ripe amicum; sepe enim fit commissio: et
 non omni verbo credas. Est qui labitur lin-
 gua, sed non ex animo. quis est enim, qui
 non deliquerit in lingua sua? ¶ Corripe
 proximum, antequam comminueris: et
 da locum timori ac tibi; quia omnis
 sapientia timor dei, et in illa timere deum,
 et in omni sapientia dispositio legis. Est qui
 emittit verbum certum enarrans veri-
 tatem. Est qui nequiter humiliat se, et
 interiora eius plena sunt dolo: et est qui
 se nimium submittit a multa humilitate:
 et est qui inclinat faciem suam, et frigit se
 non videre quod ignoratum est: et si ab
 imbecillitate virium veretur peccare si
 inuenit tempus male faciendi, male-
 faciet.

¶ R. ex III. et. d. Dominico procedatis.

Lectio II.

Sermo sancti Iohannis Chrysostomi.

hom. 9. ad pop. ant.

Quam habebimus excusationem, quam veniam,
 cum nostra ne in mentem quidem veniant, aliam
 vero curiose scrutemur! Sicut in domum se

inclinare et interiora considerare proter-
 unti turpe est, et multa ignominia plenum:
 et circa alienam vitam satagere illiberali-
 tatis extremo est. Hoc vero ridiculum magis
 est, quod talem habentes vitam, et res suas ne-
 ligentes, cum aliqui dixerint, rogant
 audientem et adiurant, ne aiquam alicui dicat,
 nisi declarantes, se rem reprehensione dignam
 commisisse. Si enim illum, ut nemini dicat,
 rogas, multo magis te priorem huius dicere non
 poterat. In tuto sermonem habebas, postquam
 ipsum prodidisti, tu ac salutem ipsius curas?
 Si non vis offerri, neque alicui ipse dicas, post-
 quam vero alicui prodidisti sermonis custodiam,
 superflua facis et inutilia, admonens et ob-
 testans pro dultorum custodia. Sed iucundum
 detrahere: immo iucundum non detrahere.
 Qui detrahit enim, deinceps anxius est, suspi-
 catur et timet, poenitentiam agit, et linguam
 suam mordet, timens et tremiscens, ac forte
 aliis ornativatum verbum magnum sibi pe-
 riculum afferat, et superfluum ac inutilem
 inimicitiam iis, qui dixerint, operetur. qui
 se ipsum vero continet, in securitate plurima
 cum multa vi et voluptate. Audisti sermonem,
 inquit Sapiens, moriatur in te, confide, non
 te disrumpet. quid est, moriatur in te? ex-
 tingue ipsum, defodito, nec exire neque pe-
 nitens moveri permittas: sed maxime
 Aude nec alios quidem maledicentes tolerare.
 Quod si quando et susceperis, infodito, interim
 dictum oblivioni trade, ut iis, qui non audierunt,
 similis fias, et cum multa pace et securitate
 presentem transigas vitam.

Tercia V.

Latia I.

De libro Ecclesiastici. cap. 23.
 Durationi non aspuerit ordinem, multum enim

casus in illa. Nominatio vero Dei non fit
apudna in ore tuo, et nominibus Sancto-
rum non admisceris: quoniam non eris
immunus ab eis. Sicut enim seruus interroga-
tus apudne, a liuore non minuitur: sic omnis
iurans, et nominans, in toto a peccato non
purgabitur. * Vir multum iurans implebitur
iniquitate, et non discedet a domo illius
plaga. Et si frustraverit, delictum illius super
ipsum erit: et si dissimulauerit, delinquit
dupliciter. Et si in uacuum iurauerit, non
iustificabitur: replebitur enim retributio-
ne domus illius. In disciplina loquelo
non absuecat os tuum: est enim in illa uer-
bum peccati. ¶ Homo apertus in uerbis
improperus, in omnibus diebus suis non
eruditur. Duo genera abundant in peccatis,
Alterum adducit iram et perditionem,
Anima callida quasi ignis ardens, non extin-
quetur, donec aliquid glutiat: et homo ne-
quam in ore carnis sue, non desinet, donec
incendat ignem. * Homini fornicario om-
nis panis dulcis, non fatigabitur trans-
grediens usque ad finem, et dicens, quis me
uide? tenebre circumdant me, et parietes
cooperiunt me, et nemo circumspicit me:
quem vereor? delictorum meorum non
memorabitur altissimus. Et non intelli-
git, quoniam omnia uidet oculus illius;
quoniam expellit a se timorem Dei huius-
modi hominis timor, et oculi hominum
timentes illum: et non cognouit, quoniam
oculi Domini multo plus lucidiores sunt super
Solem, circumspicientes omnes uias homi-
num, et profundum abyssi, et hominum
corda intuentes in absconditas partes.

R. R. ex I. octiduo Dominica procedentis.

Leitio II.

Sermo sancti Iouanis Chrysostomi.
hom. 10. in act. apost. n. 7.

R. A.

Ue prudentiam huius Sipientis; non dixit.
 namento ne aspue facias me ulem tuam;
 di os tuum; quia totum ex ore ope fiebat, et
 nia facile corrigitur. Nam consuetudo est de-
 num sine proposito facta, os (enim) non ex
 nimo loquitur, sed ex consuetudine, totumque
 est in lingua. Non (autem) per iurium hic, sed
 iuramentum ex scindit, poena illi appofita.
 Ego iuramentum peccatum est. Talis est anima,
 alibus scatelet uulneribus, talibusque liuoribus.
 In tu non uides? hoc enim grave est, quamuis
 sopis uidere, si uelis. Deum deprexiimus, nomen
 ionum odio habuimus, Christum conculcauimus,
 coluimus pudorem. Meno cum honore nomen
 ei memorat. Et tu quidem, si quompriam
 ilexeris, ad nomen eius erigeris. Deum uero
 i perpetuo uocas quasi nihil. Uoca eum
 benefaciens inimicis, uoca ad salutem ani-
 mo tuo. Tunc adest, tunc colificas illum.
 nunc autem exacerbas. Sed grauis res est con-
 suetudo, et difficile abstraheris? Ego quia
 tanta est consuetudinis tyrannis, eam in
 aliam transfer consuetudinem. Et quomodo,
 iniquis, fieri potest? quod sope dixi, hoc et nunc
 dico: sicut emendatores uacelli ditorum multu,
 hinc inquisitores et correctores. Non pudor est
 ab aliis corrigi; immo pudor est, repellere corri-
 gentes, et in proprio salutis damnum hoc facere.
 Et primo quidem die ope feret, atque in secundo
 et tertio: at denique res erit fauilior, et post
 quantum non idem erit negotium. Periculum
 facite, si quidem non credatis: curam habete,
 obsecro. Non est leue peccatum, neque leuis correctio;
 sed utrinque magnum seu bonum seu ma-
 lum.

Teria VI.

Lechi I.

De libro Ecclesiastici. cap. 28.

Qui iudicari vult, a Domino inveniet vin-
 dictam, et peccata illius servans servabit.
 Relinque proximo tuo vocari te, et tunc
 deprecanti tibi peccata solventur. Homo ho-
 mini reservat iram, et a Deo querit me-
 lam? In hominem similem sibi non habet
 misericordiam, et de peccatis suis deprecatur?
 Ipse cum caro sit, reservat iram, et propitia-
 tionem petit a Deo: quis exorabit pro
 delictis illius? & clementer novissimorum,
 et sine inimicari: tabitudo enim et
 mors imminet in mandatis eius. Me-
 morare timorem Dei, et non irascaris pro-
 ximo. Memorare testamentum acrispini,
 et despice ignorantiam proximi. Absine
 te a lite, et minues peccata. Homo enim
 iracundus incendit civem, et vir peccator
 turbabit amicos, et in medio pacem haben-
 tium immittet inimicitiam. ¶ Secundum
 ligna filus sic ignis exardescit, et secundum
 virtutem hominis sic iracundia illius
 erit, et secundum substantiam suam exal-
 tabit iram suam. Certamen festinatum
 incendit ignem: et lis festinans effundit sangui-
 nem: et lingua testificans adducit mortem.
 * Si sufflaveris in scintillam, quasi ignis
 exardebit: et si exspueris super illam, extin-
 guetur: utraque ex ore proficiuntur. In-
 surro et bilinguis maledictus: multos e-
 nim turbabit pacem habentes. Lingua ter-
 tia multos commovit, et dispersit illos de gente
 in gentem. Qui respicit illam, non habebit
 requiem, nec habebit amicum, in quo re-
 quiescat.

¶ R. ex III. et oct. Dominice precedentis.

Leitio II.

Sermo sancti Bernardi abbatis.

Serm. 29. in cant.

ut et ipsi! pacem habete ad vos, et nolite
cadere invicem, non facto, non verbo, non
signo qualicumque. Nec cavendum a
gravioribus tantum offensis, verbi gratia,
ab aperto convitio seu maledicto, sed a clau-
destino quoque et venenato susurrio. et non,
inquam, sufficit os custodire ab his et his
similibus cavenda sunt et levia, si tamen
leve debeat diu, quodcumque in fratrem
presumeris voluntate ledendi: cum hoc
nolo, si irasceris illi, divini reus iudicii te-
nearis. Merito quidem: nam quod tu le-
ve putas, et ob hoc levius precipitas, ple-
rumque alius aliter auipit, tamquam homo
videns in facie, et secundum faciem iudi-
cans, paratius festucam trabem suspicari,
et scintillam putare fornacem. Quod si
dixeris, illum non tam graviter pro tam
levi causa debuisse turbari; respondeo:
quanto levior est, tanto a te levius potuit
non committi. Quamquam nescio, quo-
modo leve dicas, quidquid amplius est
quam irasci, cum vel hoc ipsum obnoxium
esse iudicio ex ore ipsius auerperis iudicis.
Tu ergo accepta forte iniuria, quod quidem
interdum non accidere in his conventibus
difficile est, non continuo, more secularis,
obliqua referre fratrem responsione festinas:
sed neque sub specie quasi corripiendi, verbo
acuto et urenti transfigere audeas ullate-
nus animam, pro qua Christus affigi, cui
dignatus est, sine commodio tua ibi moria-
tur, ubi videtur, nec permittatur exire, quod
mortem portat, ne perimat.

Sabbato.

De libro Ecclesiastici .cap. 11.

O mors, quam amara est memoria tua ho-
 mini pacem habenti in substantiis suis: viro
 quieto, et cuius via directio fuit in omnibus,
 et adhuc valenti accipere cibum! O mors, bo-
 num est iudicium tuum homini indigenti,
 et qui minoratur viribus, delecto etate,
 et cui de omnibus cura est, et incredibili,
 qui perdit patientiam! * et voli meluere
 iudicium mortis. Memento quo ante te
 fuerunt, et quo superventura fuit tibi: hoc
 iudicium a Domino communi carni. Et quid su-
 perueniet tibi in beneplacito altissimi? huc
 decem, huc centum, huc mille anni. et non est
 enim in inferno aequalis vita. §. Filii abo-
 minationum fiunt filii peccatorum, et qui
 conversantur secus domos impiorum. Filio-
 rum peccatorum periet hereditas, et cum
 semine illorum spiduitas opprobii. De patre
 impio queruntur filii, quoniam propter illum
 fuit in opprobrio. Vo vobis viri impii, qui de-
 reliquistis legem Domini altissimi. Et si
 nati fueritis, in maledictione nascentini: et
 si mortui fueritis, in maledictione erit pars
 vestra. * Omnia que de terra sunt, in ter-
 ram convertentur: sic impii a maledicto in
 perditionem. Luctus hominum in corpore
 ipsorum: nomen autem impiorum dele-
 bitur. Curam habe de bono nomine, hoc
 enim magis permanebit tibi, quam mille
 thesauri preciosi et magni. Bonus vite nu-
 merus dierum: bonum autem nomen per-
 manebit in eternum. Disciplinam in pace
 conserva, fili!

R. ex 1. et 2. Dominicis precedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii papa.
 l. 8. moral. cap. 12.

Reproborum mens erga dies vite presentis
 tanto amore constringitur, ut si semper hic
 appetant vivere: quatenus, si valeant, vivendi
 cursum desiderant nunquam finire. Cogi-
 tare quippe ventura despiciunt, presentem
 in rebus transeuntibus ponunt: habere nul-
 la, nisi quo pretereunt, concupiscunt. Cumque
 nimis transeuntia cogitant, et manura
 nullatenus sperant, sic cocitate insensibili
 cordis oculus clauditur, ut eterno luci nulla-
 tenus intendatur. Unde fit, ut sepe iam corpus
 molestia qualiat, et vicino mors virulentam
 vitalis spiritus incidat, nec tamen curare
 quo munitur desinant. Jamque eos veluti ad
 iudicium pertrahit: et tamen ipsi ordinatione
 felicitate rebus transeuntibus occupati nihil
 aliud cogitant, nisi in hoc mundo adhuc qua-
 liter vivant. Jam ad iudicium trahuntur per
 sententiam, et tamen adhuc habendis rebus
 in rebus per curam. Dura etenim mente
 abesse mors longe creditur, etiam cum senti-
 tur. Siquis a carne anima solvitur, ut ergo
 presentia inmoderato amore se retinens, cum
 ad eternum supplicium ducitur, hoc ipsum
 quoque nesciat, quo ducitur. At contra ratio-
 rum mens ad eternitatis intentionem ten-
 ditur, etiam cum profens eam feliciter vita
 comitatur. Magna carnis salute utitur: nec
 tamen eius fiducia animus retardatur.
 nullum adhuc mortis articulum erumpit,
 et quasi presentem hunc quotidie conspiciit.
 quia enim vita indefinenter labitur, spes ei
 vivendi funditus amputatur.

Ad Vesperas Duplex.

Ad Magnif. ant. Vir erat nomine Job,
 simplex et rectus, ac timens Deum: et
 recedens a malo. Job. i.

Oratio Saa. Greg.

Tua nos, quo sumus Domine: gratia semper et praeveniat et sequatur; ac bonis operibus iugiter prestet esse valentes.
Per Dominum.

Dominica XVI. post Pentecosten.

Duplex maius. 12. lect.

In I. et tertio.

Lectio I.

Incipit liber Job. cap. 1.

Vir erat in terra Hus, nomine Job, et erat vir ille simplex et rectus, ac timens Deum, et recedens a malo. Et habuit ei septem filii et tres filias. Et fuit possessio eius septem millia ovium, et tria millia camelorum, quingenta quoque iuga bouum, et quingenta asino, ac familia multa nimis: eratque vir ille magnus inter omnes orientales. Et bibant filii eius, et faciebant convivium per domos, unusquisque in die suo. Et mittentes vocabant tres sorores suas, ut comederent et biberent cum eis. Cumque in orbem transiret dies convivii, mittebat ad eos Job, et sanctificabat illos, confingensque diluculo offerebat holocausta pro singulis. Dicebat enim: ne forte peccaverint filii mei, et benedixerint Deo in cordibus suis. Sic faciebat Job cunctis diebus.

R. Job corruens in terram adoravit et dixit: * nudus egressus sum de utero matris meae, et nudus revertar illuc. R. Nil inultimus in hunc mundum; haud dubium, quod nec auferre quid possumus. * nudus.
Job. 1. Tim. 6.

Lectio II.

Quadam autem die venissent filii Dei, ut assiderent coram Domino, et fuit inter

et etiam satan. cui dixit Dominus: unde
 venis? qui respondens ait: circumivi terram,
 et perambulavi eam. Dixitque Dominus ad
 eum: numquid considerasti servum meum
 Job, quod non sit ei similis in terra, homo
 simplex, et rectus ac timens Deum, et re-
 cedens a malo? Cui respondens satan ait:
 numquid Job frustra timet Deum? nonne
 in vallasti eum, ac domum eius, universam
 lamque substantiam per circuitum, operibus
 manuum eius benedixisti, et populus eius
 crevit in terra? Sed extende paululum ma-
 num tuam, et tange cuncta quae possidet,
 nisi in faciem benedixerit tibi.

R. Ita in iustitia et timore, et prepara
 inimicam tuam ad tentationem: & sustine
 sustentationes Dei, ut crescat in novissima
 vita tua. V. quem enim diligit Dominus,
 castigat; flagellat autem omnem filium,
 quem recipit. & sustine. Eccl. 2. Hebr. 12.

LECTIO III.

Dixit ergo Dominus ad satan: ecce, universa
 quae habet, in manu tua sunt; tantum in
 cum ne extendas manum tuam. Egripusque
 est satan a facie Domini. Cum autem qua-
 dam die filii et filio eius comederent et bi-
 berent vinum in domo fratris sui primoge-
 niti, nuntius venit ad Job, qui diceret:
 boves arabant, et asinae pascebantur iuxta
 eos; et irruerunt Sabaei, tuleruntque om-
 nia, et pueros percuperunt gladio, et levasti
 ego solus ut nuntiarem tibi. Cumque adhuc
 ille loqueretur, venit alter et dixit: ignis
 Dei cecidit e caelo, et vastas oves puerosque
 consumpsit, et effugi ego solus, ut nuntiarem
 tibi.

R. Beatus homo, qui corripitur a Deo;

inreparationem ergo Domini ne reprobes;
 * quia ipse vulnerat et medetur. Ps. Noli
 negligere disciplinam Domini, neque fa-
 digeris dum ab eo argueris. * quia. Job. 5.
Hebr. 12. Lectio IV.

Sed et illo adhuc loquente venit alius et
 dixit: Chaldei fecerunt tres turmas, et in-
 vaserunt camelos, et tulerunt eos, nec non
 et pueros percusserunt gladio, et ego fugi
 solus, ut nuntiarem tibi. Adhuc loque-
 batur ille, et ecce alius intravit et dixit:
 filius tuus et filii tui vesentibus et bi-
 ventibus vinum in domo fratris sui primo-
 geniti, repente ventus vehemens irruit
 a regione deserti, et concussit quatuor an-
 gulos domus, quo corruens oppressit li-
 beros tuos, et mortui sunt, et effugi ego
 solus, ut nuntiarem tibi.

R. Adoravit Job et dixit: Dominus dedit,
 Dominus abstulit, sicut Domino placuit,
 ita factum est: * sit nomen Domini bene-
 dictum. Ps. Non contristabit iustum,
 quidquid ei acciderit. * Sil. Ps. gloria.
 * Sil. Job. 1. Prov. 12.

In II. nocturno.

Lectio V.

Ex libro sancti Cypriani episcopi et
 Martyris de dono Patientie.

De patientia locuturus, fratres dilectissimi,
 et utilitate eius et commoda predicaturus, quare
 potius incipiam, quam quod nunc quoque ad
 audientiam, postquam patientiam video esse necessa-
 riam, sed nec hoc ipsum quod auditis et dicitis,
 hanc patientiam facere possitis? In hoc enim domum
 sermo et ratio salutaris efficaciter discitur, si
 patienter quod dicitur audiat. et sic invenio,
 fratres dilectissimi, inter ceteras celestis discipli-
 na vias, quibus ad consequenda divinitus premia,

ei ac fidei nostro secula dirigitur, quid magis
 vel utilius ad vitam, vel maius ad gloriam;
 cum ut qui preceptis Dominiis obsequio timo-
 ris ac devotionis immitimur, patientiam maxi-
 me tota observatione hucamus.

1. Eius qui serviunt ei, non sunt stabiles, ut
 in angelis suis reperit pravitatem: & quanto ma-
 is hi, qui habitant domos luteas, qui terrenam
 habent fundamentum, confundentur velut a-
 nice? V. Deus angelis peccantibus non peper-
 it, sed detentos in iudicium reservari: & quanto.
 10. 11. 2. Pet. 2.

Lectio VI.

¶ nobis cum Deo virtus ista communis. Inde
 alienitas incipit, inde claritas eius et digni-
 tas caput sumit. Origo et magnitudo patien-
 tiae Deo auctore procedit. Diligenda res homini,
 ut Deo cara est. Donum quod amat, maiestas
 iurina, commendat. Si Dominus nobis et pater
 eius est, sedentur patientiam Domini pariter
 et patris: quia et servos oportet esse obsequen-
 tes, et filios non deesse esse degeneres. Qualis
 vero in Deo et quanta patientia, quodcum
 rebus inno continuis exacerbetur offensis,
 indignationem suam temperat, et propositum
 semel retributionis diem patienter exspectat.
 Cumque habeat in potestate vindictam,
 mavult diu tenere patientiam; sustinens
 licet et demerit et differens, ut, si fieri
 possit, multum malitia protrahat ali-
 quando mutetur; et homo in errorum et
 scelerum et scelerum contagione volutatus,
 vel sero ad Dominum convertatur et vivat.
 Et iterum Propheta: Revertimini ad Domi-
 num Deum vestrum, quoniam misericors
 et pius est, et patiens, et multa miserationis,
 et qui sicentiam floret, adversus malitias
 irrogatas.

R. Quis mihi tribuat, ut sicut iuxta
 menses pristinos, secundum dies quibus
 * Deus custodiebat me? * quando splen-
 debat lucerna eius super caput meum,
 et ad lumen eius ambulabam in tene-
 bris. V. Lucerna pedibus meis verbum
 tuum Domine, et lumen semitis meis.
 * quando. Job 29. Ps. 118.

Lectio VII.

Atque ut plenius intelligere possimus,
 fratres dilectissimi, quia patientia, Dei
 res est; et quis quis levis, et patiens, et mi-
 tis est; Dei patris imitator est; cum in
 Evangelio suo Dominus procepta in sa-
 lutem daret, et divina monita depromens
 ad perfectum discipulos erudiret, populi
 et dixit: Audistis quia dictum est: Diliges
 proximum tuum, et odio habebis inimi-
 cum tuum. Ego autem dico vobis: Dili-
 gite inimicos vestros, et orate pro eis
 qui vos persequuntur, ut sitis filii Patris
 vestri qui in caelis est; qui solem suum ori
 facit super bonos et malos, et pluit super
 iustos et iniustos. Estote itaque vos per-
 fecti, sicut pater vester coelestis perfectus
 est. Si perfectos dixit fieri Dei filios, si
 consummari ostendit et docuit coelesti na-
 turalitate reparatos; si patientia Dei patris
 maneat in vobis, si similitudo divina,
 quam peccato Adam perdidit, mani-
 festetur et luceat in actibus nostris. Quae
 gloria est similem Deo fieri, qualis et quan-
 ta felicitas, habere in virtutibus, quod divi-
 nis laudibus populi aequari? Nec haec, fra-
 tres dilectissimi, Iesus Christus Deus et
 Dominus noster tantum verbis docuit, sed
 implevit et factis. Et quia ad hoc descendisse
 se dixerat, ut voluntatem Patris faceret;

inter cetera admirabilia virtutum suarum,
in quibus iudicia Divinae maiestatis expressit,
salernam quoque patientiam tolerantia
lenore servavit.

¶ Scio, quod non iustificetur homo composi-
tus Deo: & etiamsi habuero quidpiam iustum,
non respondebo; sed meum iudicem deprecabor.
¶ Quid faciam, cum surrexerit ad iudicandum
Deus, et quid respondebo illi? & etiamsi: Job. g. et sj.

Lectio VIII.

Invenimus denique et Patriarchas, et Pro-
phetas, et iustos omnes, qui figuram Christi
inagine praevale portabant, nihil magis
custodisse in laude virtutum suarum quam
moderantiam fortis et stabili equanimi-
tate tenuerunt. Sicut Abel, originem martyrii
et passionem iusti hominis inilians primus
et dedicans, adversus fratrem parricidam
non resistit, nec reluctatur; sed humilis et
mitis patienter occiditur. Sicut Abraham
Deo credens, et radicem ac fundamentum fidei
primus instituens, tentatur in filio, non
dubitatur, neque cumulat, sed proceptis Dei
tota patientia devotionis obsequitur. Et
Isaac ad hostium dominio similitudinem pro-
figuratur; quando a patre immolandum offer-
tur, patienter invenitur. Iob denique Prophe-
ta interfectus, tot martyres gloriosis morti-
bus honorati, qui omnes ad caelestes coronas
patientiae laude venerunt. Neque enim po-
test accipi dolorum et passionum corona, nisi
procedat in dolore et passione patientia.

¶ Etiamsi occiderit me, in ipso sperabo: &
verumtamen vias meas in conspectu eius
arguam: et ipse erit Salvator meus. V. Do-
nec superest habitus in me, et spiritus Dei
in naribus meis, non recedam ab innocentia
mea. & Verum. V. gloria. et ipse. Job. js. et 27.

An III. et Octavo.

Lectio IX.

De Epistola catholica beati Jacobi
apostoli. cap. 4.

Unde bella et lites in vobis? nonne hinc ex
concupiscentiis vestris, quae militant in mem-
bris vestris? Concupiscitis, et non habetis: occi-
ditis, et zelatis, et non potestis adipisci: liti-
gatis et belligeratis. ~~Volitis et non accipitis,~~
~~et quod male petatis et non habetis, propter~~
quod non postulatis. ~~Volitis et non accipitis,~~
eo quod male petatis: ut in concupiscentiis
vestris infumatis. Adulteri! nescitis, quia
amicitia huius mundi inimica est dei?
Quicumque ergo voluerit amicus esse seculi huius,
inimicus dei constituitur. An non putatis, quia
inaniter scriptura dicit: ad iridiam concupiscit
spiritus, qui habitat in vobis? Maiorem autem
dat gratiam; propter quod dicit: Deus superbis
resistit, humilibus autem dat gratiam.

¶ Quis potest dicere deo: cur ita facis? Deus,
cuius ire nemo resistere potest, et sub quo cur-
vantur qui portant orbem: quantum sum ego,
ut respondeam ei? V. Numquid dicit signum
hinc ei, qui se finxit: quid me fecisti? Deus.
Job. 9. Rom. 9.

Lectio X.

Subditi ergo estote deo: resistite autem diabolo,
et fugiet a vobis. Emundate manus peccatores,
et purificate corda duplices animo. Miseri
estote, et lugete et plorate: risus vester in
luctum convertatur, et gaudium in ma-
torem. Humiliamini in conspectu do-
mini, et exaltabit vos. Nolite detrahere
alterutrum, fratres! qui detrahit fra-
tri, aut qui iudicat fratrem suum, detra-
hit ~~seipsum~~ legi et iudicat legem. Si autem
iudicas legem, non es factor legis, sed iudex.
Unus est legis lator et iudex, qui potest per-
dere et liberare. Tu autem quis es, qui iudicas
proximum?

Beatus dives, qui inventus est sine ma-
 la, et qui post aurum non abiit, nec pre-
 avit in pecunia et thesauris: & qui & pro-
 batus est in illo et perfectus est, erit illiglo-
 ria eterna. V. Si putavi aurum robur me-
 um, et letatus sum super multis divitiis,
 meis, appendat me in statera iusta, et sicut
 leus simplicitatem meam. & probatus.
 Iuli. 51. Job. 31.

Lectio XI.

Ece nunc qui dicitis: hodie aut crastino
 ibimus in illam civitatem, et faciemus ibi
 videm annum, et mercabimur, et lucrum
 faciemus: qui ignoratis, quid erit in crastino.
 Quo est enim vita vestra? vapor est ad mo-
 dicum parens, et deinceps exterminabitur.
 Pro eo ut dicatis: si Dominus voluerit, et:
 si vixerimus, faciemus hoc aut illud. et tunc
 exultatis in superbis vestris. Omnis
 exultatio talis maligna est. Sicuti igitur horum
 laere et non facienti, peccatum est illi.

R. Adidit Dominus omnia, quaecumque
 fuerant Job, duplicia: & et & benedixit
 novissimis Job magis, quam principis eius.
 V. Fidelis Deus est, qui non patietur vos
 tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam
 cum tentatione proventura. & benedixit.
 Job. 42. 1. Cor. 10.

Lectio XII. cap. 5.

Agite nunc divites, plorate ululantes in
 miseris vestris, qui advenient vobis. Divitia
 vestre putrefacto sunt, et vestimenta vestra
 a tineis comesta sunt. Aurum et argen-
 tum vestrum eruginavit. et erugo eo-
 rum in testimonium vobis erit, et man-
 ducabit carnes vestras sicut ignis. Theauri-

Castis vobis iram in novissimis diebus. Ecce
merces operariorum, qui mesuerunt re-
giones vestras, que fraudata est a vobis, cla-
mat: et clamor eorum in aures Domini
Sabaoth introivit. Epulati estis super
terram, et in luxuriis enutristis corda vestra,
in die occisionis. Adixistis et occidistis
iustum, et non restitit vobis.

R. pro Dominica. Seraphim clamabant
aeter ad aeterum: & sanctus, sanctus, sanctus
Dominus Deus exercituum. & plena est
omnis terra gloria eius. *V.* Tres sunt, qui
testimonium dant in caelo, Pater, Verbum
et Spiritus sanctus; et hi tres unum sunt.
& sanctus. *V.* gloria. & plena. *Isa. 6. 3. Ioh. 1. 1.*

R. infra hebdomadam. Patientes estote
et confirmate corda vestra: & exemplum
accipite laboris et patientiae: & sufferren-
tiam Job audistis, et finem Domini vidistis.
V. Sustinete misericordiam Domini, re-
spicite nationes hominum, et scitote:
quia nullus speravit in Domino, et
confusus est. & exemplum. *V.* gloria. &
sufferentiam. *Iacobi 5. Ecl. 2.*

Sequentia sancti Evangelii secundum
Lucam. *cap. 14.*

In illo tempore: cum intraret Iesus in
domum cuiusdam principis Pharisaeo-
rum sabbato manducare panem, et ipsi
observabant eum. Et ecce homo quidam
hydropicus erat ante illum. Et respon-
dens Iesus dixit ad legis peritos et Phari-
saeos, dicens: si licet sabbato curare?
At illi tacuerunt. Ipse vero apprehensum
sanavit eum, et dimisit. Et respondens
ad illos dixit: cuius vestram asinus aut

tor in puteum cadet, et non continus ce-
 rahet illum die sabbati? Et non poterant
 id hoc respondere illi. Dicebat autem ad in-
 vitatos parabolam, intendens, que modo
 vrimos accubitus eligerent, dicens ad illos:
 cum invitatus fueris ad nuptias, non dis-
 umbas in primo loco, ne forte honoratio
 e sit invitatus ab illo: et veniens is, qui te
 et illum vocavit, dicat tibi: da huius locum;
 tunc incipias cum rubore novissimum lo-
 cum tenere. Sed cum vocatus fueris, vade,
 et cumbe in novissimo loco; ut cum venerit,
 qui te invitavit, dicat tibi: amice, ascende
 superius. Tunc erit tibi gloria coram simul
 discumbentibus: quia omnis, qui se exaltet,
 humiliabitur; et qui se humiliat, exaltabitur.

Ed Bened. ant. Homo hydropicus erat ante
 Jesum: * ipse vero apprehensus proavitam,
 et dimisit. Luc. 14.

Ed Magnif. ant. Cum vocatus fueris, vade,
 et cumbe in novissimo loco: * tunc erit
 tibi gloria coram simul discumbentibus.
Luc. 14.

Tercia II.
Lectio I.

De libro Job. cap. j. 2.

Surrexit Job, et scidit vestimenta sua, et
 tonsa capite corruens in terram, adoravit et
 dixit: nudus egredus sum de utero matris
 mee, et nudus revertar illuc: Dominus dedit,
 Dominus abstulit; sicut Domino placuit,
 ita factum est: sit nomen Domini benedictum.
 In omnibus his non peccavit Job labiis suis,
 neque stultum quid contra Deum locutus
 est. * Dixit (autem) Dominus ad satan: tu
 commovisti me adversus Job, ut affligerem
 eum frustra. Cui respondens satan: pellem
 pro pelle, et aunda que habet homo, dabit pro

anima sua: alioquin mitte manum tuam,
 Et tange os eius et carnem, et tum videbis,
 quod in faciem benedical tibi: Dixit ergo Do-
 minus ad sathan: ecce in manu tua est ve-
 rum tamen animam illius serva. ¶ Egres-
 sus igitur sathan a facie Domini, percussit
 Job ulcere pessimo, a planta pedis usque
 ad verticem eius: qui testa sanieum radiebat,
 sedens in sterquilinio. Dixit autem illi uxor
 sua: adhuc tu permanes in simplicitate
 tua? benedi Deo et miorere: quia ait ad
 illam: quasi una de stultis mulieribus
 locuta es; si bona suscepimus de manu Do-
 mini, mala quare non suscipiamus?
 In omnibus his non peccavit Job labiis suis.
 * Igitur audientes tres amici Job omne ma-
 lum, quod accidisset ei, venerunt singuli de
 loco suo. Condixerant enim, ut pariter ve-
 nientes visiterent eum et consolarentur.
 Cumque eleuassent procul oculos suos, non
 cognouerunt eum, et exclamantes plora-
 verunt, scipsisque uestibus perstrerunt
 pulverem super caput suum in celum.
 Et sederunt cum eo in terra septem diebus
 et septem noctibus, et nemo loquebatur ei
 verbum: videbant enim dolorem esse vehe-
 mentem.

¶. ex I. et oct. Dominicis procedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii Papae.

l. 2. moral. c. 18.

Sandus vir Job, tentante adversario, san-
 cta perdidit; sed tamen sciens, quia
 contra se sathan tentandi vires, nisi permit-
 tante Domino, non habebat, non ait: Do-
 minus dedit, diabolus abstulit; sed: Domi-
 nus dedit, Dominus abstulit. Fortasse enim

verat dolendum, si quod conditor dederat,
 etis abstulisset: ad postquam non abstulit
 ipsi ipse qui dedit, sua recepit, non nostra ab-
 tulit. Si enim ab illo accipimus, quibus in
 hac vita utimur, cur doleat, quod ipso iudi-
 cante exigimur, quo largiente feceramus?
 Sed aliquando iniustus est creditor, qui
 unum prolixo reddendi tempore non constri-
 gitur, quando vellet exigat, quod feceratur.
 Ubi et bene subiungitur: sicut Domino pla-
 uil, ita factum est. Cum enim in hac vita
 ea, quo nolimus, patimur, necesse est, ut ad-
 ium, qui iniustum velle nil potest, studia
 nostra voluntatis inclinemus. Et magna quip-
 re est consolatio in eo, quod displicet, quod
 illo ordinante erga nos agitur, cui non nisi
 iustum placet. Si igitur iusta placere Domi-
 no scimus, pati autem nulla, nisi que Domi-
 no placuerint, possumus: iusta patientia,
 quo patimur; et valde iniustum est, si de
 iusta passione murmuramus. Sequitur.
 Et nomen Domini benedictum. Ecce, omne
 quod rectum sensit, Domini benedictione con-
 clusit: ut hinc adversarius inspiciat, et ad
 prenam suam virtus erubescat; quia ipse
 Domino contumax etiam in beatitudine
 conditus extitit, cui homo hymnum gloriæ
 etiam percussus dicit.

Feria III.

Lectio I.

De libro Job. cap. 3. 1.

Post hoc aperuit Job os suum, et maledixit
 diei suo, et locutus est: pereat dies, in qua
 natus sum, et nox, in qua dictum est: con-
 ceptus est homo. Dies ille vertatur in tene-
 bras, non requirat cum Deus desuper, et

non illustretur lumine. quare non in vulva
 mortuus sum, egressus ex utero non statim pe-
 rii? et tunc enim dormiens filerem, et somno
 meo requiescerem? & Quare misero data
 est lux, et vita his, qui in amaritudine ani-
 mo sunt? qui expectant mortem, et non
 venit, quasi efforientes thesaurum, gaudent
 que vehementer, cum invenerint sepulcrum.

Antequam comedam suspirio, et tanquam
 inundantes aquo suspirio meus: quia timor,
 quem timebam, evenit mihi, et quod verebar,
 accidit. et nonne dissimulavi? nonne filii?
 nonne quicui? et venit super me indignatio?

9. Respondens autem Eliphaz Themanites
 dixit: si aperimus loqui tibi, moleste accipies:
 sed conceptum sermonem tenere quis poterit?
 Ene docuisti multos, et manus lapsas roborasti:
 vacillantes confirmaverunt sermones tui,
 et genua tremantia confortasti: nunc autem
 venit super te plaga, et defecisti: tetigisse,
 et conturbatus es. & Ubi est timor tuus,
 fortitudo tua, patientia tua, et perfectio
 viarum tuarum? Recordare, obsecro te,
 quis unquam innocens perit? aut quan-
 do recti deleti sunt? quin potius vidicos,
 qui operantur iniquitatem, et seminant
 dolores, et metunt eos, flante Deo percipere,
 et spiritu irae eius esse consumptos.

XX. ex II. et oct. Dominico precedentis.

Leitio II.

Sermo sancti Gregorii Pope.

l. 5. moral. cap. 9. jo.

Nonnumquam iusti in ipsis bonis operibus
 positi invidant, ac ne in eisdem oculis
 aliquo errore displiceant, continuis la-
 mentis vacant. quos cum divina subito fla-

ella corripunt, auctoris sui se gratiam of-
 fendisse suspicantur: quia vel infirmitatibus
 impediti, vel amari studinibus prepi, ad im-
 rendenda proximis pia opera non spurgunt.
 Acor in lamentum vertitur, quia corpus a
 evocationis suo ministerio retardatur. Iusti
 igitur deflent et pavent, et magnis se lamentis
 ruciant, quia deferri formidant: et quamvis
 de correptione sua gaudeant, eorum lamen-
 tepidam mentem correptio ipsa perturbat:
 ne malum, quod tolerant, non pia percussio
 disciplinæ sit, sed animadversio iusta vin-
 dictæ. quod bene Psalmista considerans ait:
 quis novit potestatem iræ tuæ? Potestas quip-
 ne divine iræ nostra non potest mente
 comprehendere: quia eius dispensatio obscuris
 super nos dispositionibus, sepe unde estimatur
 deferere, inde nos recipit, et unde nos recipere
 creditur, inde derelinquit, ut plerumque
 hoc fiat gratia, quod ira dicitur, et hoc ali-
 quando ira sit, quod gratia putatur.
 Nonnullos enim flagella corrigunt, non-
 nullos ad impatientis vesaniam perdu-
 cunt: et alios prospera, quia domulant,
 ab insania mitigant, alios, quia elevant,
 funditus ab omni spe conversionis eradicant.
 Quia ergo potestas divine iræ minime
 cognoscitur, in cunctis necesse est, ut sine
 ceptione timeatur.

Jeria IV.

Lectio I.

De libro Job. cap. 6.

Respondens autem Job dixit: ubi nam ap-
 penderentur peccata mea, quibus iram merui,
 et calamitas, quam patior, in stetera. quasi
 arena maris hec gravior appareret: unde
 et verba mea dolore sunt plena: quia sagitta

Ob.
Domini in me sunt, quarum indignatio
ē bibit spiritum meum, et terrores Domini
militant contra me. & utrumquid rugiet
onager, cum habuerit herbam: aut mugiet
bos, cum ante pro sepe plenum steterit: aut
poterit comedi in sulfure, quod non est sale
conditum? aut potest aliquis gustare, quod
gustatum affert mortem? quo prius no-
cebat tangere anima mea, nunc pro an-
gustia cibi mei sunt. **g.** Quis dabit, ut
veniat petitio mea, et quod exspecto, tri-
buet mihi Deus? Et qui cepit, ipse me
conterat, solvat manum suam, et succidat
me? Et hoc mihi sit consolatio, ut affli-
gens me dolore non parcat, nec contra-
dicam sermonibus Sancti. quo est enim
fortitudo mea, ut sustineam? aut quis
finis meus, ut patienter agam? nec for-
titudo lapidum fortitudo mea, nec caro
mea & nea est. & Ecce, non est auxilium
mihi in me, et necepari quoque mei re-
ceperunt a me. qui tollit ab amico suo
misericordiam, timorem Domini derelin-
quit. Fratres mei preterierunt me sicut
torrens, qui raptim transit in convallibus.
qui timent pruina, iruet super eosnix.
Tempore quo fuerint dissipati, peribunt:
ut in caluerit, solentur de loco suo.

R.R. ex III. oct. Dominico precedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii Papa.

l. 7. moral. cap. i.

Quorundam mentes plus flagella, quam
convicia cruciant: quorundam vero plus
convicia, quam flagella castigant. Nam
sepe contra nos quibuslibet poenis durius
tormenta verborum seviunt: cumque nos

ad defensionem erigunt, in impatentiam
 perueniunt. Unde beato Job ne deesse tentatio
 ulla potuisset, non solum hunc flagella desuper
 ferunt, sed graviora plagis amicorum
 colloquia affligunt: ut sancti viri anima
 hinc inde pulsata, ad motum iracundie
 et elationis erumpere, et quidquid mun-
 dum vixerat, per contumaciam superbo
 locutionis inquinaret. Sed tactus plagis
 gratias retulit; laccepitque verbis rala re-
 spondit: et percussus in nole seculi, quam pro
 mi nimo salutem carnis habuerit. Loquens
 quoque indicat, quam sapiens tacebat.
 Sed quodam eius verbis admixta sunt,
 quo apud humana iudicia patientia
 limitem transire videntur: quo nos vere
 intelligimus, si superni sententiam iudicis
 in eorum examinatione pensamus. Ipse
 quippe beatum Job et prius contra aduer-
 sarium protulit, dicens: Vidisti seruum
 meum Job, quod non ei similis est super
 terram, vir simplex et rectus, ac timens
 Deum, et recedens a malo? Ipse post proba-
 tionem amicos eius redarguit, dicens: non
 estis locuti coram me rectum, sicut seruus
 meus Job. Restat ergo, ut cum mens in
 beati Job sermonibus fluctuat, eorum
 pondus ex eiusdem historie initio ac fine
 perpendat. Ab eterno enim iudice nec casu-
 rus laudari potuit, nec lapsus proferri.

Teria V.

Lectio I.

De libro Job. cap. 4.

Militia est vita hominis super terram,
 et sicut dies mercenarii dies eius. Sicut
 cervus desiderat umbram, et sicut merca-

narius prestolatur finem operis sui: sic et
 ego habui menses vacuos, et noctes laboriosas
 enumeravi mihi. Si dormiero, dicam: quan-
 do consurgam? et rursus expectabo vesperam,
 et replebor doloribus usque ad tenebras. *
 Induta est caro mea putredine et sordibus
 pulveris, cutis mea aruit, et contrita est.
 Dies mei velocius transierunt quam a texen-
 te tela suaviditur, et consumiti sunt absque
 ulla spe. Memento, quia ventus est vita
 mea, et non revertetur oculus meus, ut
 videat bona: nec afficiet me visus hominis.
 oculi tui in me, et non subsistam. ¶

Sicut consumitur nubes, et pertransit:
 si qui descenderit ad inferos, non ascendet:
 nec revertetur ultra in domum suam,
 neque cognoscat eum amplius locus eius.
 Quapropter et ego non parco ori meo,
 loquar in tribulatione spiritus mei: con-
 fabulabor cum amaritudine animo meo.
 * Numquid mare ego sum aut celus, quia
 circumdediti me carcere? Si dixeris: con-
 solabitur me lectulus meus, et releabor
 loquens mecum in strato meo; terrebis
 me per somnia, et per visiones horrore
 concuties. quam ob rem elegit suspendium
 anima mea, et mortem opera mea. Despe-
 ravi, nequaquam ultra iam vivam.

Ps. ex I. noct. Dominico precedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii bap.

l. 8. moral. cap. 22.

Barore divini iudicii afflicti dum quodam
 male gesta plangimus, ipsa vi nostre ama-
 ritudinis ad discutiendos nos vigilantius
 excitat, alia in nobis etiam quo amplius

fleamus, inuenimus. Nam sepe quod
 torpentes latuit, fleatibus subtilius in-
 nolescit: et afflicta mens certius inuenit
 malum quod fecerat et nesciebat, cique
 rixa sua verius aperit, quantum a veritatis
 rae deviauit: quia reatum suum, cuius
 leura non meminuit, hunc in se commota
 reprehendit. Succrescens quippe amaritudo
 venientis verecundanti cordi in portu
 ingerit illicita quo commisit, districtum
 contra hoc iudicem offendit, suppliciorum
 minas incutit, pavore animum ferit,
 pudore confundit, motus illicitos incre-
 pat, quietem noxia securitatis turbat:
 quo ei conditor bona contulit, quo ipse
 bonis illius mala respondit enumerat, quod
 mire ab eo conditus, quod gratuito nutritus,
 quod rationis substantia in conditione di-
 tatus est, quod conditoris gratia vocatus,
 quod sequi ipse et vocatus noluit, quod vo-
 cantis misericordia nec surdum hunc veni-
 entem que deprexit; quod illuminatus co-
 nis, quod sua sponte pravis actibus etiam
 post dona cecatus est; quod a cecitatis suo
 erroribus paterno sollicitudinis flagellis
 expiatus, quod a flagellorum doloribus
 ad salutis gaudia misericordiae medica-
 mento reductus est; quod quibusdam caepis
 et si non gravibus subditus, peccare tamen
 et inter flagella non desinit: quod peccato-
 rum suum superna gratia nec contenta
 dereliquit. Cum igitur afflictam mentem
 modo per replicationem donorum dei, modo
 per impropria actionis suae tanta severitate
 increpat, habet in corde iustorum amaritudo
 animo linguam suam, quo tanto eiq; subtilius lo-
 quitur, quanto et interiorius acribitur.

De libro Job. cap. 9.

Respondens Job ait: Vere scio quod ita sit,
 et quod non iustificetur homo composuitus
 Deo. Si voluerit contendere cum eo, non po-
 terit ei respondere unum pro mille. Sapiens
 corde est et fortis robore: quis restitit ei,
 et pacem habuit? Si venerit ad me, non
 videbo eum: si abierit, non intelligam. Si
 repente interroget, quis respondebit ei? vel
 quis dicere potest: cur ita facis? Deus cuius
 ira nemo resistere potest, et sub quo curvatur
 tur qui portant orbem. quantus ergo sum
 ego, ut respondeam ei, et loquar verbis meis
 cum eo? qui etiam si habuero quid piam
 iustum, non respondebo, sed mecum iudicem
 deprecabor. Et cum invocantem exaudierit
 me, non creabo, quod audierit vocem meam.
 In turbine enim conteret me, et multipli-
 cabit vulnera mea etiam sine causa. *g.* et non
 concedit requiescere spiritum meum, et
 implet me amaritudinibus. Si fortitudo
 queritur, robustissimus est: si equitas iudicii,
 nemo audeat pro me testimonium dicere.
 Si iustificare me voluero, os meum condem-
 nabit me: si innocentem offendero, pravam
 me comprobabit. Etiam si simplex fuero,
 hoc ipsum ignorabit anima mea, et non videbit
 me vultu meo. * Dies mei velociores fuerunt
 cursore, fugerunt, et non viderunt bonum.
 Pertransierunt quasi naues poma portantes,
 sicut aquila volans ad osam. cum dixerit: ne-
 quaquam ita loquar, commuto faciem meam
 et dolore torquor. Verebar omnia opera mea,
 sciens quoniam non perceres delinquenti. Si
 autem et si impius sum, quare frustra laboravi?
Ps. ex II. et Job. Dominicus precedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii Papa.

l. g. moral. cap. 10.

Propr. de Tempore. 6.
B. A.

41.

reclusum ab internis gaudiis genus humanum,
eigente culpa, mentis oculos perdidit: et quo
seritorum suorum papibus graditur, nescit.
spe enim donum gratia est, quod iram deputat;
sape divine distributionis ira est, quod gratiam
ulat. et si plerumque gratiam estimat dona
iratum: et tamen eidem donis et alius corrumpit.
Verumque velut iram melius adversa tenta-
ionum: et tamen eidem tentationibus propus,
in virtutum custodiam cautior exurgit. quis
nimis se derelictum iam gratia divina non
epulet, cum post experimentum munditia
accipiri se carnis tentationibus videt, in honesta
et animum congeri, et ante cogitationis ocu-
os nonnulla improba et immunda versari?
Et tamen cum fatigant ista nec superant,
nequaquam per pollutionem trucidant, sed
per humilitatem servant: ut infirmum se
animus in tentatione deprehendens, totum
se ad divinitatis adiutorium conferat, et
sui fiduciam funditus amittat; sique fit, ut
inve aetius deo in horreat, unde se a deo pro-
fundius cecidisse suspirabat. Accipis igitur
recepitque dei a mente nostra minime
cognoscitur, quousque rerum alternantium
finis ignoratur: quia et de tentatione in-
certum est, utrum probet, an trucidet; et
se bonis nequaquam deprehenditur, utrum
sui desertos remunerent, an in via nutriant,
ut ad patriam perducant.

Sabbato.

Lectio I.

De libro Job. cap. 10.

Ad omnipotentem loquar, et disputare

cum Deo cupio: prius vos ostendens fabricatores mendacii, et auctores peruersorum dogmatum. atque ulinam taceretis, ut putaremini esse sapientes. audite ergo correctionem meam, et iudicium labiorum meorum attendite. Numquid Deus indiget vestro mendacio, ut pro illo loquamini dolos? Numquid faciem eius accipitis, et pro Deo iudicare nitimini? aut placebit ei, quem celare nihil potest? aut decipietur ~~vestris~~ ut homo vestris fraudulentis? Ipse vos arguet, quoniam in abscondito faciem eius accipitis. Nihil ulse commoverit, turbabit vos, et terror eius inuadet super vos. Memoria vestra comparabitur cineri, et redigentur in lutum cinices vestre. **G.** Tace te paulisper, ut loquar quodcumque michi mens suggererit. quare laceras carnes meas ventibus meis, et animam meam probo in manibus meis? Etiam si occiderit me, in ipso sperabo: verum tamen vias meas in conspectu eius arguam. Et ipse erit saluator meus: non enim veniet in conspectu eius omnis hypocrita. * Audite sermonem meum, et anigmata percipite auribus vestris. Si fuero iudicatus, scio quod iustus inueniar. quis est qui iudicetur mecum? veniat. quare tacens confumor? Duo tantum ne facias mihi, et tunc a facie tua non abscondar: manum tuam longe fac a me, et fortitudo tua non me terreat.

R. R. ex III. et oct. Dominico precedenti.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii Episcopi.

l. II. moral. cap. 24. f.

Numquam est patientia virtus in prosperis.
Ille autem vere est patientis, qui et aduersis

Meritur, et tam ab ipso rectitudine non
 irruatur. De reprobi namque sensu scriptum
 est: et confitebitur tibi, cum benefeceris ei.
 in hoc itaque mens iusta ab iniusta discer-
 ritur, quod omnipotentis Dei laudem et inter-
 d' versa confitebitur, quod non cum rebus fran-
 gitur, non cum ^{casu} gloria exterioris cadit; sed
 in hoc magis, qualis cum rebus fuerit, de-
 noustrat, quo et sine rebus robustior stat.
 Equitur: verumtamen vias meas in con-
 spectu eius arguam: et ipse erit saluator
 meus. Cum Paulus apostolus dicat: si nos
 metipsos diiudicaremus, non ulique iudica-
 remur; eo tunc Dominus saluator inveni-
 tur, quo nunc pro timore Dei peccatum
 nostrum a nobis metipsis redarguitur. Unde
 electi quique culpis suis nunquam sciunt
 parcere, ut possint culparum iudicem pla-
 tum inuenire. Et eum postmodum inue-
 nire saluatorem credunt, quem districte
 modo iudicem metuent. Et tamquam sibi
 nunc in culpa parcat, ei postmodum in
 vana non parcat. Dicit ergo: verumta-
 men vias meas in conspectu eius arguam.
 quo vero utilitas de hac argutione se-
 quatur, adiungat: et ipse erit saluator
 meus.

Ad Vesperas Duplex.

Antiphona. Super omnipotentem
 delictis affluens, et elevabis ad Deum faciem
 tuam: * rogabis eum, et exaudiet te, et
 vota tua reddes. Job. 22.

Oratio Sac. Gelas.

Da, quosumus, Domine, populo tuo: dia-
 bolica vitare contagia; et te solum
 Deum pure mente seruari. Per Dominum.

Dominica XVII. post Pentecosten.

Lectio I.De libro Job. cap. 21.

Respondens Job dixit: audite, quos scilicet sermones meos, et agite penitentiam. Sustinete me, et ego loquar, et post mea, si videbitur, verba rideate. Numquid contra hominem disputatio mea est, ut merito non debeam contristari? Attendite me, et obstupescite, et super ponite digitum ori vestro: et ego quando recordatus fuero, pertimesco, et concutit carnem meam tremor.

R. huius Dominice et sequentis hebdomadae dicuntur ex Dominica procedente.

Lectio II.

Quare ergo impii vivunt, sublevari suat, confortatique divitiis? Semen eorum permanet coram eis, propinquorum verba et nepotum in conspectu eorum. Domus eorum securae sunt et paratae, et non est virga Dei super illos. Ducunt in bonis dies suos, et in puncto ad inferna descendunt. qui dixerunt Deo: recede a nobis, et scientiam viarum tuarum nolumus: quis est omnipotens, ut serviamus ei? et quid nobis prodest, si oraverimus illum? Verumtamen quia non sunt in manu eorum bona sua, consilium impiorum longe sita me.

Lectio III.

Quoties lucerna impiorum extinguetur, et superveniet eis inundatio, et dolores divi dei furoris sui? Eunt sicut paleae ante faciem venti, et sicut favilla, quam turbo dispergit. Deus servabit filius illius dolorem patris: et cum reddiderit, tunc sciet. Videbunt oculi eius interfectionem suam, et

115.

de furore Omnipotentis libet: quid enim
deum pertinet de domo sua posse? et si
numerus mensuram eius dimidiatur? et
quid deum docebit quisquam scientiam, qui
excelsos iudicat?

Lectio IV.

Ipse moritur robustus et sanus, dives et felix:
viscera eius plena sunt adipis, et medullis opa-
tibus irrigantur. alius vero moritur in
amaritudine anime absque ullis opibus:
et tamen simul in pulvere dormient, et
vermes operient eos. certe novi cogitationes
vestras, et sententias contra me iniquas.
Vidistis enim: ubi est domus principis? et ubi
tabernacula impiorum? Interrogate quem-
libet de viatoribus, et hoc eadem illum
intelligere cognoscetis. quia in diem perditio-
nis servatur malus, et ad diem furoris duc-
tur. quis arguet eum coram eo viam eius? et qui
cecidi, quis reddet illi? Ipse ad sepulcra ducetur,
et in congerie mortuorum vigilabit.

In II. nocturno.

Lectio V.

Ex libro sancti Cypriani Episcopi et
Martyris de dono Baticenae.

Quam sit autem patientia utilis et neces-
saria, fratres dilectissimi, ut manifestius pos-
sit et plenius nosci; Dei sententia cogite huc,
quam in origine statim mundi et generis
humani adam procepti immemor, et dato
legis transgressus accepit: hunc sciemus quam
patientes esse in isto seculo debeamus, qui sic
nascimur, ut preparis istis et conflictationibus
laboremus. Quia audisti, inquit, vocem mu-
lieris tuae, et manducasti ex illa arbore, de
qua sola proceperam. tibi ne manducares,
maledicta terra erit in omnibus operibus tuis.

In tristitia et gemitu edes ex ea, omnibus diebus vite tuae. Spinam et tribulos euicet tibi, et edes pabulum agri. In sudore vultus tui edes panem tuum, donec reuertaris in terram, de qua sumus es, quia terra es, et in terram ibis. Et huius sententiae vinculo colligati omnes et constructi sumus, donec expuncta morte de isto seculo recedamus. In tristitia et gemitu finis necesse est omnibus diebus vite nostrae. Edamus panem necesse est cum sudore et labore.

Lectio VI.

Atque sudantibus et laborantibus populi alia magis quam patientia subuenire solent, quae cum apta sint et necessaria in isto mundo uni uersis; tum magis nobis qui diabolo impugnante plus quatimur, qui in acie quotidie stantes, in ueterati et exercitati hostis colludationibus fatigamur; quibus proter varias et asiduas tentationum pugnas, in persecutionum quoque certamine patrimonia relinquenda sunt, subeundus carcer, portandus catenis, animae inpendendo, gladius, bestia, ignes, cruces, omnia denique tormentorum ac poenarum genera, fide et uirtute patientia perferenda, Domino ipso instruente et dicente: Haec locutus sum uobis, ut in me pacem habeatis: in mundo autem prepuram habebitis, sed fidite, quoniam ego uici mundum. Si autem qui diabolo et mundo renunciariimus, prepuras et infestationes diaboli et mundi crebrius ac uolentius patimur; quanto magis patientiam tenere debemus, qua adiutrice et comite omnia infesta toleremus?

Lectio VII.

scientia autem, fratres dilectissimi, non
 tantum bona custodit; sed et repellit adversa.
 proxiimo sancto favens, et celestibus ac divinis
 adherens; contra facta carnis et corporis, qui-
 us anima expugnatur et capitur, virtu-
 tum suarum propugnaculo reluctatur.
 Infirmitas denique pauca de multis, ut de
 rancis intelligantur et cetera. Caritas fra-
 ternitatis fraternitatis vinculum est, funda-
 mentum pacis, tenacitas ac firmitas uni-
 tatis, quo et spe et fide maior est, quo et opera
 et martyria procedit; quo nobiscum semper
 eterna apud Deum in regnis celestibus perma-
 rebit. Tolle illi patientiam, et desolata non
 urat. Tolle sustinendi tolerandique substan-
 tiam, et nullis radicibus ac viribus perseverat.
 Quid deinde, ut non vires, neque maledicas; ut tua
 blata non repetas: ut aucta alapa et alberam
 noxillam verberanti probeas; ut fratri in te pec-
 anti non tantum septuagies septies, sed et omnia
 minime peccata dimittas; ut diligas inimicos
 tuos, ut pro adversariis et persecutoribus precem
 facias: poteris ne ista perficere, nisi patientia et
 tolerantia firmitate? quod factum videmus in
 Stephano, qui cum a iudeis vi et lapidibus necare-
 tur, non sibi vindictam, sed interfectores veniam
 postulabat dicens: Domine ne statuas illis hoc pec-
 catum. Si esse oportuit primum martyrem Christi,
 qui martyres secuturos gloriosa morte procurreret,
 non tantum Dominico passionis, prodictor et
 sed et patientissimus lenitatis imitator.

Lectio VIII.

Si Job examinatus est et probatus, et ad sum-
 mum fastigium laudis patientiae virtute pro-
 vectus. Quanta adversus eum diaboli iacula missa?
 quanta ad mota tormenta? iactura rei familiaris
 infligitur; numerose sobolis orbis irrogatur.
 Divites in censu Dominus, et in liberis pater videtur;
 nec Dominus repente, nec pater est: accedit vulnere

118.
vastitas, et habescentes ac fluentes artibus, adque
vermium poena consumit. Ac ne quid omnino
remaneret, quod non Job in suis tentationibus
experiretur, carnaliter diabolus et uxorem, ille
antiquo nequitio suo usus, ~~accepto~~ ingenio, quasi
omnes per mulierem decipere poposset, et fallere,
quod fecit in mundi origine; nec tamen Job
gravibus ac densis conflictationibus frangi-
tur; quo minus inter illas angustias, et prof-
furas suas, Dei benedictio victrice patientia
predicetur. Tobias quoque post iustitiam et mi-
sericordiam suam opera magnifica, luminum a-
misione tentatus; in quantum patienter
cecitatem perhibuit, in tantum granditer deum
patientie laude promeruit.

In III. et octavo.

Lectio IX.

De Epistola catholica beati Jacobi
apostoli. cap. 5.

Patientes estote, fratres, usque ad adventum
Domini. Eue agricola expectat pretiosum
fructum terre, patienter ferens, donec accipiat
temporaneum et serotinum. Patientes igitur
estote et vos, et confirmate corda vestra quoniam
adventus Domini adpropinquavit. Nolite inge-
miscere, fratres, in alterutrum, ut non iudice-
mini. Eue iudex ante ianuam assistit.

Lectio X.

Exemplum accipite, fratres, exitus mali, laboris
et patientie, prophetarum, qui locuti sunt in nomine
Domini. Eue beatificamus eos, qui sustinuerunt.
Sufferentiam Job audistis, et finem Domini vi-
distis, quoniam misericors Dominus est et mise-
rator. ante omnia fratres mei, nolite iurare,
neque per coelum, neque per terram, neque aliud
quocumque iuramentum. Sit autem sermo
vester: Est, est. Non, non, ut non subiudicetis
vobis.

Lectio XI.

Tristatur aliquis vestrum? orat: equo animo
est? psallat. Infirmatur quis in vobis? invocat
presbyteros ecclesie, et orent super eum, ungen-
tes eum in nomine Domini: et oratio

Dei salvabit infirmum, et alleviabit
in Dominus: et si in peccatis sit, remit-
atur ei. Confitemini ergo alterutrum
vata vestra, et orate pro invicem, ut
curemini: multum enim valet deprecia-
o iusti apudna.

Lectio XII.

Uti homo erat, similis nobis, passibilis:
A oratione oravit, ut non plueret super
eam; et non pluit annos tres, et menses
sex. Et ~~et~~ rursum oravit, et caelum dedit
pluviam, et terra dedit fructum suum.
Fratres mei, si quis ex vobis erraverit a
veritate, et converterit quis eum, scire
debet, quoniam qui converti fecerit pecca-
tam ab errore viae suae, salvabit animam
eius a morte, et operiet multitudinem
peccatorum.

Sequentia sancti Evangelii secundum
Mattheum. cap. 22.

In illo tempore: Acciperunt ad Jesum
pharisei, et interrogavit eum unus ex eis
legis doctor, tentans eum: Magister, quod
est mandatum magnum in lege? ait illi
Jesús: Diliges Dominum Deum tuum ex
toto corde tuo, et in tota anima tua, et in
tota mente tua. Hoc est maximum et
vrimum mandatum. Secundum autem
hinc est huic: Diliges proximum tuum
sicut teipsum. In his duobus mandatis uni-
versa lex pendet et Propheta. Congregatis
autem phariseis, interrogavit eos Jesús dicens:
quid vobis videtur de Christo? cuius filius est?
Dixerunt ei: David. ait illis: quomodo ergo
David in spiritu vocat eum Dominum
dicens: Dixit Dominus Domino meo, sed
a dextris meis, donec ponam inimicos tuos
sub pedibus tuorum? si ergo David

Propri. de Tempore. 7.

B. A.

119.

vocat eum Dominum, quomodo filius
eius est? Et nemo poterat ei respondere
verbum: neque ausus fuit quisquam ex
illa die eum amplius interrogare.

Ad Bened. ant. Primum omnium man-
datum est: diliges Dominum Deum tuum
ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, &
et ex tota mente tua, et ex tota virtute
tua. Marc. 12.

Ad Magnif. ant. Diligere proximum
tamquam seipsum, & maius est omnibus
holocaustis et sacrificiis. Marc. 12.

Tertia II.

Lectio I.

De libro Job. cap. 29.

Respondens Job ait: et tunc quoque in ama-
ritudine est sermo meus, et manus plaga
mea aggravata est super genitum meum.
quis mihi tribunal, ut cognoscam et inue-
niam illum, et veniam usque ad solium
eius? Bonam coram eo iudicium, et os
meum replebo increpationibus: ut sciam
verba, quo mihi respondeat, et intelligam,
quid loquatur mihi. & et volo, multa for-
titudine contendat mecum, nec magnitu-
dinis sua mole me premat. Proponat equi-
tatem contra me, et perveniat ad victoriam
iudicium meum. Si ad orientem iero,
non apparet; si ad occidentem, non intel-
ligam eum. Si ad sinistram, quid agam?
non apprehendam eum. Si me verbam ad
dexteram, non videbo illum. ¶ Ipse vero
scit viam meam, et probavit me quasi
aurum, quod per ignem transit. Vestigia
eius secutus est pes meus, viam eius custo-
divi, et non declinavi ex ea. A mandatis
labiorum eius non recepi, et in sinu meo

51.
abscondi verba oris eius. Ipse enim solus est,
et nemo avertere potest cogitationem eius:
et anima eius, quodcumque voluit, hoc facit.
Cum expleverit in me voluntatem suam,
et alia multa similia prelo sunt ei.
Et idcirco a facie eius turbatus sum, et
considerans eum timore sollicitor. Deus
mollivit cor meum, et omnipotens con-
turbavit me. Non enim perii propter
imminentes tenebras, nec faciem meam
operuit caligo.

Ps. ex I. et Oct. Dominico XVI.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii Papae.

l. 16. moral. cap. 40.

Cum expleverit in me voluntatem suam,
et alia multa similia prelo sunt ei: quia
si ferire cogitat, adhuc invenit, ubi plaga
crescat. Atque itaque pensandum est, quam
pavidus ante flagellum fuit, qui ob id
percutus adhuc metuit, ne feriat. unde
adhuc metuens adiungit. Et idcirco a facie
eius turbatus sum, et considerans eum
timore sollicitor. Bene a facie Domini tur-
batur, qui terrorem maiestatis illius cordis
sui obtutibus proponit, et eius rectitu-
dinis pavore concutitur, dum se reddendis
rationibus conspicit idoneum non esse,
si districte iudicetur. Recte autem dicitur,
et considerans eum timore sollicitor: quia
divino animadversionis vim cum minime
quisque considerat, minime formidat.
Et tanto magis in hac vita quasi securus est,
quanto a consideratione interno iudicis
alienus. Semper etenim iusti viri
ad cordis secretarium redeunt, in occulte
distinctionis intuentur, maiestatis intimo

iudicio apistunt; ut eo magis quandoque
 securi sint, quo huiusquamdiu viverent, securi
 esse noluerunt. Sed eue de beato Job novimus,
 quo crebris Dei sacrificiis deditus, quod hospi-
 talitatibus, quod indigentibus pauperum
 impensus, quod suis etiam subditis humi-
 lis, quod sibi adversantibus benignus fuit:
 et tamen tot flagella suscepit, nec iam
 securus exiit inter flagella, sed adhuc
 metuit, adhuc divi no[n] destructionis vim
 considerans contremiscit. quid nos itaque
 miseri, quid peccatores dicemus, si sic
 timeat, qui sic egit?

Teria III.

Lectio I.

De libro Job. cap. 27.

Adidit quoque Job apumens parabolam
 suam, et dixit: Vivit Deus, qui abstulit
 iudicium meum, et Omnipotens, qui ad
 amaritudinem adduxit animam meam: quia
 donec superest halitus in me, et spiritus
 Dei in naribus meis, non loquentur labia
 mea iniquitatem, nec lingua mea morda-
 bitur mendacium. Absita me, iustos vos
 esse iudicem; donec deficiam, non recedam
 ab innocentia mea. * Justificationem meam,
 quam cepi tenere, non deseram: neque enim
 reprehendit me cor meum in omni vita mea.
 Sit ut impius, inimicus meus: et adversa-
 rius meus quasi iniquus. Quis est enim spes
 hypocrito, si avare rapiat, et non liberet
 Deus animam eius? Numquid Deus exaudiet
 clamorem eius, cum venerit super eum angustia?
 aut poterit in omnipotente delectari, et
 invocare Deum omni tempore? ¶ Vocabo vos
 per manum Dei, quo Omnipotens habeat,
 nec abscondam. Eue, vos omnes nostis, et
 quid me causa vana loquimini? Hoc est

53.
pars hominis impii apud Deum, et hereditas
violentorum, quam ab omnipotente susci-
pient. Si multiplicati fuerint filii eius, in
gladio erunt, et nepotes eius non saturabuntur
sane. * Dives cum dormierit, nihil secum
auferet: aperiet oculos suos, et nihil inueniet.
Oppriment eum quasi aqua inopia, nocte
opprimet eum tempestas. Tolle eum uentus
uens et auferet, et uelut turbo rapiet eum in
loco suo. Et mittet super eum, et non pariet:
de manu eius fugiens fugiet. Stringet super
eum manus suas, et sibilabit super illum
inueniens locum eius.

Ps. ex II. Oct. Dominica XVI.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii Papae.

l. 18. moral. cap. 22.

Peccatorem Deus quoties feriendo corrigit,
ad hoc flagellum emittit, ut parcat. Cum uero
eius uitam in peccato permanentem feriendo
concludit, flagellum emittit, sed nequaquam
parcat. Qui enim flagellum emittit ut par-
ceret, ad hoc emittit quandoque ne parcat. In
hoc namque uita Dominus tanto magis stu-
det ut parcat, quanto magis expectando
flagellat; sicut ipse uocem angeli ad Johannem
dixit: ego quos amo, arguo et castigo. Contra
autem de flagello damnationis scriptum
est: in operibus manuum suarum compre-
hensus est peccator. Unde hoc semper electi
provident, ut ante ad iustitiam redeant,
quam sese ira iudicis inextinguibiliter accen-
dat, ne ultimo flagello comprehensissimi
is finiamur uita cum culpa. Flagellum
namque tunc diluet culpam, cum muta-
uerit uitam: nam cuius mores non mutant,
non expiat actiones. Omnis ergo diuina per-
cipio aut purgatio in nobis uita praesentis

511.
est autem initium poenae sequentis. Propter
eos enim, qui ex flagello proficiunt, dictum
est: qui fingis dolorem in procepto; quia
dum flagellatur iniquus et corrigitur, audire
proceptum noluit, audit dolorem. Dolor ergo
in procepto fingitur ei, qui a malis operibus
quasi procepti vice dolore cohibetur. De his
vero, quos damnant flagella, et non libe-
rant, dicitur: percussisti eos, nec doluerunt;
attrivisti eos, et renuerunt accipere discipli-
nam. His flagella ab hac vita inchoant,
et in aeterna percussione perdurant.

Feria IV.

Lectio I.

De libro Job. cap. 31.

Popigi fedus cum oculis meis, ut ne cogitarem
quidem de virgine. quam enim partem
haberet in me Deus desuper, et hereditatem
Omnipotens de excelsis? Numquid non per-
ditio est iniquo, et alienatio operantibus
iniustitiam? et nonne ipse considerat vias
meas, et cunctos gressus meos dinumerat?
Si ambulavi in vanitate, et festinaui in
dolo pedes meus: appendat me in statera iusta,
et sciat Deus simplicitatem meam. * Si
declinavit gressus meus de via, et si secutum
est oculos meos cor meum, et si manibus
meis adhaesit macula: seram, et alius come-
dat, et progenies mea eradicetur. Si deceptum
est cor meum super muliere, et si ad osium
amici mei insidiatus sum: scortum alienius
sit uxor mea. Hoc enim nefas est, et ini-
quitas maxima. Ignis est usque ad per-
ditionem devorans, et omnia eradicans
geminina. §. Si contempsi subire iudi-
cium cum seruo meo, et ancilla mea,
cum discipularent adversum me. quidem

55.
iam, cum surrexerit ad iudicandum Deus?
Iam quosierit, quid respondebo illi? Si negari,
non volebant, pauperibus, et oculos viduo
expectare feci: humerus meus a iunctura
caecat, et brachium meum cum suis os-
sibus confringatur. * Semper enim quasi tu-
nentes super me fluctus timui Deum, et
condus eius ferre non potui. quis michi tri-
buat auditorem, ut desiderium meum au-
diat omnipotens: et si librum scribat ipse
mi iudicari, ut mi humero meo portem illum,
et circumdarem illum quasi corona michi?
Per singulos gradus meos pronuntiabo il-
lum, et quasi principi offeram eum.
Ex III. et Oct. Dominica XVI.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii Pope.

l. 21. moral. cap. 4.

Per corporis sensus quasi per fenestras quas-
dam exteriora quoque anima respicit, respi-
ciens concupiscit. Hinc etenim Jeremias ait:
ascendit mors per fenestras nostras, nigra
est domus nostras. et mors quippe per fenestras
ascendit et domum ingreditur, cum per sensus
corporis concupiscentia veniens habitaculum
intrat mentis. Quis quis (enim) per has cor-
poris fenestras incaute exterius respicit, ple-
rumque in delectationem peccati etiam
nolens cadit, atque obligatus desideriis in-
cipit velle, quod noluit. Proceps quippe
anima dum ante non providet, ne incaute
videat, quod concupiscat, caeca post incipit
desiderare quod vidit. Erge ergo quoddam lu-
brica in cogitatione versemus, providen-
dum nobis est, quia intueri non debet,
quod non licet concupisci. Ut enim munda
mens in cogitatione servetur, a lascivia

56
voluptatis suo deprimendi sunt oculi quasi
quidam raptores ad culpam. Neque enim sua
lignum ve litum contigebat, nisi hoc prius
incaute respiceret. Atque ergo pensandum est,
quanto debeamus moderamine erga illicita
visum restringere, nos, qui mortaliter vivimus,
si et mater vitæ huius per oculos ad
mortem venit. Unde nobis ad custodiendam
cordis munditiam exteriorum quoque
sensuum disciplina servanda est. Et ut quicun-
que libet virtute mens polleat, quantum libet
gravitate vigeat, carnales tamen sensus
puerile quiddam exterius perspicunt;
et nisi interioris gravitatis pondere et quasi
iuvenci quodam vigore referentur, ad
fluxa quoque et levia mentem onerantem
trahunt.

Feria V.

Lectio I.

De libro Job. cap. 39. 40.

Et adiecit Dominus, et locutus est ad Job.
numquid qui contendit cum Deo, tam
facile conquiescit? utique qui arguit Deum,
debet respondere ei. Respondens autem Job
Domino, dixit: qui leviter locutus sum,
respondere quid possum? manum meam
ponam super os meum. Unum locutus
sum, quod utinam non dixissem; et alterum,
quibus ultra non addam. Respondens
autem Dominus Job de turbine, dixit: accin-
ge sicut vir lumbos tuos: interrogabo te,
et indica mihi, et cum quid irritum facies
iudicium meum, et condemnabis me, ut
tu iustificeris? Et si habes brachium sicut
Deus, et si voce simili tonas? 9. Circumda
tibi decorem et in sublime erigere, et esto
gloriosus, et speciosus induere vestibus.
Disperge superbos in furore tuo, et respiciens

innem arrogantem humiliat. Respice
in oculos superbos, et confunde eos, et contere
impios in loco suo. Absconde eos in pulvere
inimul, et facies eorum demerge in foveam.
A ego confitebor, quod saluare te populi
extera tua. * Eue Behemoth, quem feci
cum, foenum quasi bos comedet. Forti-
tudo eius in lumbis eius, et virtus illius
in umbilico ventris eius. Opa eius velut
histulo aris, cartilago illius quasi lamina
terreo. Ipse est principium viarum Dei,
qui fecit eum, applicabit gladium eius.
Ps. ex 1. et 1. Dominio XVI.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii Papae.

C. 52. moral. cap. 4.

quis quis contra Domini flagella semet-
ipsum defendere nititur, flagellantis
iudicium evacuare conatur. Nam cum
culpa sua feriri se denegat, quid aliud quam
iniustitiam ferientis accusat? Beatum
Naque Job non idcirco flagella caelestia
recuperunt, ut in eo culpas extinguerent,
sed potius ut merita augerent, quatenus
qui tranquillitatis tempore in tanta sancti-
tate claruerat, et ex percussione patef-
ceret, quo in eo etiam patientis virtus
latebat. qui quidem culpam suam inter
flagella non inueniens, nec tamen flagel-
la eadem causam sibi esse augendi meriti
deprehendens, iniuste se feriri credidit,
cum quid in se debuisset corrigi non inuenit.
Sed ne ipsa innocentia in tumorem cla-
rionis inflatur, divina voce corripitur,
et mens eius ab iniquitate libera, sed
verberibus propra, adiudicia multa revo-
catur: ut superna sententia, ipsi non est

Propri. de Tempore. 8.

57.

B. A.

cognita, non tamen credatur iniusta, sed
eo factum iustum credat omne quod patitur,
quia deo auctore patitur. Magna enim
latis factio percussione est voluntas iusta
conditoris, quod cum iniustum facere nil
solet, iusta agnoscitur etiam si latet. Nam
cum pro iniustis peccato percussimus,
si in percussione nostra divino voluntati
coniungimur, mox a nostra iniustitia
ipsa coniunctione liberamur. quis quis
enim iam percussione tolerat, sed adhuc
causas percussione ignorat, si iustum
credeat hoc ipsum contra se iudicium
amplectitur, eo ipso ab iniustitia sua
iam correctus est, quo percussum se ipse
gratulatur. In vindicta enim sua de se
locutus, sese contra se erigit: et magna
est iam iniustitia, quod voluntati iudicis
concordat in poena, cui discrepavit in
culpa.

Teria VI.

Lectio I.

De libro Job. cap. 41.

(Dixit quoque Deus ad Job): Non quasi
crudelis suscitabo eum: quis enim re-
sistere potest uentri meo? quis ante dedit
michi, ut reddam ei? Omnia, que sub celo
sunt, mea sunt. Non parcam ei, et uerbis
potentibus et ad deprecandum compositis.
quis revelabit faciem indumentis eius?
et in medium oris eius quis intrabit? *
Venter uentris eius quis aperiet? per gyrum
ventrum eius formido. Corpus illius quasi
scuta fusilia, compactum sicut mris se-
prementibus. De ore eius lampades eius
procedunt, sicut ludo ignis auerso. De
naribus eius procedit fumus, sicut olea

uenisse atque ferventis. Halitus eius primas
 idere facit, et flamma de ore eius egreditur. g.
 et collic eius moraliter fortitudo, et faciem
 eius procedit egestas. Membra carniuum eius
 thorentia sibi: mittet contra eum fulmina,
 et ad locum alium non ferentur. Cor eius in-
 urabitur tanquam lapis, et stringetur quasi
 ialleatoris incus. Cum sublatus fuerit, ti-
 rebunt angeli, et territi purgabuntur.
 Non est super terram potestas, quo comparatur
 i, qui factus est, ut nullum timeret. Omne
 sublime videt, ipse est rex super universos fi-
 ios superbia. * Respondens autem Job Domi-
 no dixit: Scio quia omnia potes, et nulla te
 alet cogitatio. quis est iste, qui celas confi-
 tum absque scientia? ideo insipienter lo-
 cutus sum, et quo ultra modum excederat
 licentiam meam: Audi, et ego loquar; inter-
 rogabo te, et responde mihi. Audit auris
 iudici te, nunc autem oculus meus videt
 e. pro tanto ipse me reprehendo, et ago peni-
 tentiam in favilla et cinere.

Ex II. clod. Dominico XVI.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii Papae.
 prof. in libros moral.

Job in certaminis bello deprehensus sus-
 cepit diuina quasi hostes contra faciem;
 iustitiam uerba consolantium quasi hostes
 ex latere: sed in his omnibus circumacto
 iracundia sua egypto utique munitus ad-
 uersus, undique uenientibus gladiis vigilan-
 ter obuiavit: animam substantiam facile
 efficit; carnem in filii mortuam equi-
 uimiliter dolet; carnem in se percussam pa-
 cienter tolerat; carnem in coniuge male sua-
 entem sapienter docet. Super hoc amici

leo.

in asperam correptionem profiliunt: et pro
sedando dolore venientes vim doloris adiun-
guant. Omnia ergo machinamenta scata-
tionum sancto viro veruntur in augmen-
ta virtutum. Per vulnera quippe proba-
tur eius patientia: per verba vero exercitum
eius sapientia. relique fortiter occurrunt,
quia et flagella robore, et verba ratione
superavit. Amici vero eius qui ad consolatio-
nem quidem veniunt, sed usque ad verba in-
crepationis excedunt, ignorantia magis cre-
dendi sunt, quam malitia deliquisse. Neque
enim tantum virum amicos iniquos ha-
buisse credendum est: sed dum discernere
causam flagellorum nequeunt, in culpam
dilabuntur. Percussionum quippe diversa
sunt genera. alia namque est percussio,
qua peccator percussitur, ut sine retracta-
tione puniatur: alia, qua peccator percussus,
ut corrigatur: alia, qua nonnumquam
quisque percussitur, non ut prosterita corrigat,
sed ne ventura committat: alia, qua ple-
rumque percussitur, per quam nec prosterita
culpa corrigitur, nec futura prohibetur;
sed ut, dum inopinata salus percussione
sequitur, salvantis virtus cognita ardentius
ametur: cumque innoxius flagello atteri-
tur, ei per patientiam meritorum summa
cumuletur.

Sabbato.

Leitio I.

De libro Job. cap. 42.

Postquam locutus est Dominus verba hoc
ad Job, dixit ad Eliphaz Themanitom: iratus
est furor meus in te, et in duos amicos tuos,
quoniam non estis locuti coram me verum,
sicut servus meus Job. Sumite ergo vobis

septem lauros et septem arietes, et ite ad
 eruum meum Job, et offerre holocaustum
 pro vobis: Job autem serous meus orabit pro
 vobis: faciem eius suscipiam, ut non vobis
 imputetur stultitia; neque enim locuti estis
 id me recta, sicut serous meus Job. * Abierunt
 ergo Eliphaz Themanites, et Baldaal Suhites,
 et Sophar Naamathites, et fecerunt sicut lo-
 cutus fuerat Dominus ad eos, et suscepit Domi-
 nus faciem Job. Dominus quoque conuersus
 est ad poenitentiam Job, cum oraret ille pro
 amicis suis. Et addidit Dominus omnia, quo-
 cumque fuerant Job, duplicia. g. Veniunt
 autem ad eum omnes fratres sui, et uniuerso
 sorores suo et cuncti qui noverant eum prius,
 et comederunt cum eo panem in domo eius:
 et mouerunt super eum caput, et consolati sunt
 eum super omni malo, quod intulerat Domi-
 nus super eum: et dederunt ei unus quisque
 rem unam, et manream auream unam. *
 Dominus autem benedixit novissimis Job ma-
 gis, quam principio eius. Et facta sunt ei
 quatuordecim millia ovium, et sex millia
 camelorum, et mille iuga bouum, et mille
 asino. Et fuerunt ei septem filii, et tres
 filie. Vixit autem Job post hoc centum
 quadraginta annis, et vidit filios suos, et fi-
 lios filiorum suorum usque ad quartam
 generationem: et mortuus est senex et ple-
 nus dierum.

Ps. ex III. oct. Dominico XVI.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii Papae.
 pref. in libros moral.

Qui duplicia recipere quo amiserat meruit,
 ex remuneratione adocuit, quia nequaquam
 vitium, sed virtus fuit omne quod dixit.
 Assertioni quoque huii adhuc adiungitur,

quod ipse pro amicis delinquentibus inter-
cedit. In gravibus namque peccatis quis
positus, dum suis premitur, aliena non
diluit. Mundus ergo ostenditur esse de se,
qui emundationem potuit obtinere pro
aliis. Si vero hoc quibusdam displicet, quod
bona sua ipse narravit, sciendum est, quia
inter tot rerum damna, inter tot corporis
vulnera, inter tot pignorum funera, ami-
cis ad consolationem venientibus et ad in-
crepationem prorumpentibus, de vita sua
desperare cogebatur; et quem tot detrimenta
afflixerant, contumeliosa insuper increpan-
tium verba feriebant. Hi namque qui ad
consolandum venerant, dum quasi eius ini-
finito exprobrabant, desperare eum de se-
met ipso funditus compellebant. Beatus
igitur Job tot dolorum iaculatione con-
fusus, dum laborantem per opprobria ti-
muit, ad statum se fiducia ex ante aula
vita confirmando revocavit. de quaquam
ergo in arrogantis vitium cecidit, quia
contra internum desperationis impulsum
per exteriora proconiorum suorum verba
pugnavit; ut dum bona, quae fecerat, di-
ceret, nequaquam de bono, quod quae-
rat, desperaret.

Ad Desperans. Duplex.

Ad Magnif. ant. Tobias factus est cecus:
hanc autem tentationem ideo Dominus
permisit evenire illi. & ut posteris daretur
exemplum patientis eius, sicut et sancti
Job. Job. 2.

Oratio Laur. Gelas.

Dirigat corda nostra, quosumus, Domine:
duo miserationis operatio; qui tibi sine te
placere non possumus. Per Dominum.

10.

Dominica XVIII. post Pentecostam.

Duplex maius. 12. lect.

In I. nocturno.

Lectio I.

Incipit liber Tobie. cap. 1.

Tobias ex tribu et civitate Gephthali, cum captus esset in diebus Salmánasar regis assyriorum, in captivitate tamen profectus viam veritatis non deseruit: ita ut omnia, quae habere poterat, quotidie concaptivis fratribus, qui erant ex eius genere, impertiret. Tumque esset iunior omnibus in tribu Gephthali, nihil tamen puerile gessit in opere. Venique cum irent omnes ad vitulos aureos, quos Geroboam fecerat rex Israel, hic solus fugiebat consortia omnium, sed pergebat in Jerusalem ad templum Domini, et ibi adorabat Dominum Deum Israel, omnia primitiva sua et decimas suas fideliter offerens: ita ut in tertio anno proflytis et idveis ministraret omnem decimationem.

R. Si te laetaverint peccatores, ne acquiescas eis, prohibe pedem tuum a semitis eorum.
* pedes enim illorum ad malum currunt.
V. Tum irent omnes ad vitulos aureos, Tobias solus fugiebat consortia omnium.
* pedes. Prov. 1. Tob. 1.

Lectio II.

Hec et his similia secundum legem Dei vuerulus observabat. Cum vero factus esset vir, accepit uxorem Annam de tribu sua, genuitque ex ea filium, nomen suum impo-nens ei: quem ab infantia timere Deum docuit, et abstinere ab omni peccato. Gessit cum per captivitatem deponisset cum uxore sua et filio in civitatem et inivocavit cum omni

611.
tribu sua, cum ederent omnes ex cibis gen-
tilium, iste custodivit animam suam, et
numquam contaminatus est in esis eo-
rum.

R. In multiplicatione impiorum mul-
tiplicabuntur scelera, et iusti ruinas eorum
videbunt: & erudi filium et refrigerabit
se, et dabit delicias animo tuo. Jobias
filium suum ab infantia Deum timere
docuit, et abstinere ab omni peccato. &
erudi. Prov. 29. Job. 1.

Lectio III.

Et quoniam memor fuit Domini in toto
corde suo, dedit illi Deus gratiam in con-
spectu Salmanasar regis, et dedit illi potesta-
tem quocumque vellet ire, habens liber-
tatem, quocumque facere voluisset.
Bergebath ergo ad omnes, qui erant in capti-
vitate, et monita salutis dabat eis. Cum
autem venisset in Ragese civitatem ethio-
rum, et ex his, quibus honoratus fuerat a
rege, habuisset decem talenta argenti: et
cum in multa turba generis sui gabelum
egentem videret, qui erat ex tribu eius, sub
chirographo dedit illi memoratum pondus
argenti.

R. Quomodo potueris, ita esto misericors,
si multum tibi fuerit, abundanter tribue:
& si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum
libenter impertiri stude. Job. 11. 2. Cor. 8.

Lectio IV.

Post multum vero temporis, mortuo Sal-
manasar rege, cum regnaret Sennacherib
filius eius pro eo, et filios Israel exosos
haberet in conspectu suo. Jobiasque ad die

ergabat per omnem cognationem suam,
et consolabatur eos, dividebatque unicuique,
sicut poterat, de facultatibus suis: operientes
tebat, nudisque vestimenta providebat, et
mortuis atque occisis sepulturam sollici-
tus exhibebat.

¶ In mortuum producit lacrymas, et secun-
tum iudicium contigit corpus illius, et non
efficiat sepulturam illius. V. Tobias ra-
tiebat corpora occisorum, et occultabat in
domo sua, et modis noctibus sepeliebat ea.
¶ non. V. gloria. & non. Iuli. 588. Tob. 2.

In II. nocturno.

Lectio V.

Ex libro sancti Cypriani Episcopi et
Martyris de oratione Domini.

Evangelica precepta, fratres dilectissimi!
nihil sunt aliud, quam magisteria divina,
fundamenta adificando fidei, firmamenta
arroborando fidei, nutrimenta fovendi
ordis, gubernacula dirigendi itineris, pro-
pudia obtinendo salutis: quod dum dociles
redentium mentes in terris instruat, ad
celestia regna perducat. Multa et per
prophetas servos suos dicit Deus voluit et au-
diri: sed quanto maiora sunt, quo Filius
loquitur, qui inter cetera salutaria sua
monita et precepta divina, quibus popu-
lo suo consuluit ad salutem, etiam orandi
ipse formam dedit, ipse quid precaremur
nonuit et instruxit.

¶ Noli timere fili mi, pauperem quidem
vitam gerimus, sed multa bona habebi-
mus, si timuerimus Deum, et receperimus
ab omni peccato, et fecerimus bene. V. et tunc
Deus elegit pauperes in hoc mundo, divites in
fide, et heredes regni, quod repromisit dili-
gentibus se. ¶ multa. Tob. 4. Jac. 2.

Prop. de Tempore. g.

C. A.

65.

Qui fecit vivere, docuit et orare, benignitate
 ea scilicet, qua et cetera dare et conferre
 dignatus est: ut dum prece et oratione, quam
 Filius docuit, apud Patrem loquimur,
 facilius audiamur. Jam prœdixerat ho-
 ram venire, quando veri adoratores ad-
 rarent Patrem in spiritu et veritate, et
 implevit quod ante promiserat; ut qui
 spiritum et veritatem de eius satisfactio-
 ne percipimus, de traditione quoque eius
 vere et spiritualiter adoremus. quo
 enim potest esse magis spiritalis oratio,
 quam quo a Christo nobis data est, a quo
 nobis et Spiritus sanctus missus est? quo
 vera magis apud Patrem precatio, quam
 quo a Filio, qui est veritas, de eius ore pro-
 lata est? ut aliter orare, quam docuit, non
 ignorantia sola fit, sed et culpa, quando
 ipse profuerit et dixerit: et reuocatis manda-
 tum Dei, ut traditionem vestram statua-
 tis.

R. Quia auctus eras Deo, & necesse fuit,
 ut tentatio probaret te: et nunc misit
 me Dominus, ut curarem te. Ps. quem
 diligit Dominus castigat: flagellat autem
 omnem filium, quem recipit. & necesse.
Job. 12. Hebr. 12.

Lectio VII.

Oremus itaque, fratres dilectissimi, sicut
 magister Deus docuit. amica et familiaris
 oratio est, Deum de sua rogare, ad aures eius
 ascendere christi oratione. agnoscat Pater
 Filii sui verba. Cum precem facimus, ipse
 habitat intus in pedore, ipse fit et in voce.
 Et cum ipsum habeamus apud Patrem aduo-
 catum pro peccatis nostris, quando peccatores
 pro delictis nostris petimus, advocati nostri

671
erba promamus. Nam cum dicat quia quod
unquam petierimus a Patre in nomine eius,
erit nobis; quanto efficacius impetramus,
quod petimus in Christi nomine si petamus
ipsius oratione? Sit autem orantibus sermo
a precibus cum disciplina, quietem conti-
nens et pudorem. Cogitemus nos sub con-
spectu Dei stare: placendum est divinis ocu-
lis et habitu corporis et modo vocis. Nam
a impudentis est clamoribus strepere,
ita contra congruit verecundo modestis pre-
cibus orare.

¶ Quando orabas cum lacrymis, et sepelie-
bas mortuos, et derelinquebas prandium
vnum: & ego obtuli orationem tuam Domi-
no. V. Orationes tuae et elemosinae tuae
ascenderunt in memoriam in conspectu Dei.
Ego. Job. 32. Act. 10.

Lectio VIII.

Ante omnia pacis doctor atque unitatis
magister singulatim noluit et privatim
recem fieri, ut quis, cum precatur, pro se
tantum precetur. Non enim dicimus: bates
neus, qui es in caelis; nec: panem meum da
michi hodie. Publica est nobis et communis
ratio; et quando oramus, non pro uno,
sed pro toto populo oramus: quia totus
populus unum sumus. Deus pacis et concor-
diae magister, qui docuit unitatem, sic orare
unum pro omnibus voluit, quo modo in uno
munus ipse portavit.

¶ Cognati Tobiae iridebant vitam eius: To-
bias vero increpabat eos dicens: & filii sancto-
rum sumus, et vitam illam expectamus,
quam Deus daturus est his, qui fidem suam
numquam mutant ab eo. V. Teneamus spei
nostre confessionem in declinabilem; fide-
lis enim est, qui repromissit. & filii. V.
Gloria. & filii.

Lectio IX.

Incipit epistola beati Pauli apostoli
ad Hebraeos. cap. j.

Multifariam multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, novissime diebus istis locutus est nobis in Filio, quem constituit heredem universorum, per quem fecit et secula: qui cum splendor gloria et figura substantiae eius, postquam omnia verbo virtutis suae, purificationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis; tanto melior angelis effectus, quanto differentius pro illis nomen hereditavit. Cui enim dixit aliquando angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te? et iterum: ego ero illi in Patrem, et ipse erit mihi in Filium? et cum iterum introducit primogenitum in orbem terrarum, dicit: et adorant eum omnes angeli Dei.

R. Affricite quo fecit nobiscum Deus, et cum timore et tremore confitemini illi, regemque seculorum exaltate in operibus vestris: ego autem in terra captivitatis meae confitebor illi. *V.* qui in hoc servit, placet Deo, et probatus est hominibus. * ego. *Job. 13. Rom. 14.*

Lectio X.

Et ad angelos quidem dicit: qui faciunt angelos suos spiritus, et ministros suos flammam ignis. Ad Filium autem: thronus tuus, Deus, in seculum seculi: virga equitatis virga regni tui. Diloxisti iustitiam et odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo exultationis pro participibus tuis. Et: tu in principio, Domine, terram fundastis et opera

annuum suarum sunt caeli. ipsi peribunt, tu
autem permanebis, et omnes ut vestimentum
eterascent, et sicut amictum mutabis eis, et
mutabuntur. In autem idem ipse es, et anni tui
non deficient.

1. Iustus es Domine, et omnia iudicia tua iusta
sunt: & quoniam non obediimus praeceptis
tuis, ideo traditi sumus in captivitatem. V.
Peccavimus Domino Deo nostro, et non est
aversus furor eius a nobis. & quoniam. Job. 13.
Bar. 2. Leviticus XI. cap. i. et 2.

U quem autem angelorum dixit aliquando: stete
in dextris meis, quoadusque ponam inimicos
tuos scabellum pedum tuorum? Nonne omnes
sunt administratorii spiritus, in ministerium
meum propter eos, qui hereditatem capiunt sa-
lutaris? Propterea abundantius oportet obser-
vare nos ea, quae audivimus, ne forte peres-
tuamus. Si enim qui per angelos dicitur est
firmus, factus est firmus, et omnis provaricatio
et inobedientia accepit iustam mercedis retri-
butionem: quomodo nos effugiemus, si tan-
tam neglexerimus salutem? quae cum initium
incipit enarrari per Dominum, ab eis, qui
viduerunt, in nos confirmata est, constanter
Deo, signis et portentis, et variis virtutibus,
et spiritus sancti distributionibus, secundum
sua voluntatem. Non enim angelis De-
us subiecit orbem terrae futurum, de quo
loquimur.

1. Audite filii mei, patrem vestrum: servate
Domino in veritate, et iniquitate, ut faciatis
quae placida sunt illi: & et filiis vestris mandate,
ut faciant iustitias et elemosynas, ut sint
memores Dei. V. Dala elemosynam; facite ve-
bis saculos, qui non veterascent, thesaurum

non deficientem in caelis. & et filius. Job. 19.

Luc. 12.

LECTIO XII.

Testatus est autem in quodam loco quis,
dicens: quid est homo, quod memores eius,
aut filius hominis, quoniam visitas eum
minuisti eum paullo minus ab angelis:
gloria et honore coronasti eum, et confi-
disti eum super opera manuum tuarum:
omnia subiecisti sub pedibus eius. In eo
enim, quod omnia ei subiecit, nihil dimisit
non subiectum ei. Et hunc autem nec dum
videmus omnia subiecta ei. Eum autem,
qui modico quam angeli minoratus est,
videmus Jesum propter passionem mortis
gloria et honore coronatum: ut gratia
Dei pro omnibus gustaret mortem.

R. pro dominica. Seraphini clamabant
alter ad alterum: & Sanctus, sanctus, sanctus
Dominus Deus exercituum: & plena est om-
nis terra gloria eius. V. Tacet, qui testi-
monium dant in caelo, Pater, Verbum, et
Spiritus sanctus: et hi tres unum sunt. S.
V. Gloria & plena. psa. 6. j. psal. 5.

R. infra hebdomadam. Magnus es Domi-
ne in aeternum, et in omnia secula: quoniam
iam deducis ad inferos et reducis: & con-
fitemini Domino, filii Israel, et in con-
spectu gentium laudate eum. V. Conspice-
mus mortui peccatis, concivificavit nos
Deus in Christo: cuius gratia estis salvati.
* Confite. V. Gloria. * Confite. Job. 12. Ephes. 2.

Sequentia sancti Evangelii secundum
Matthaeum. cap. 9.

In illo tempore: ascendens Jesus in navicu-
lam transiit, et venit in civitatem

suam. Et eae offerbant ei paralyticum
iacentem in lecto. Et ~~sed~~ videns Iesus fidem
illorum, dixit paralytico: confide, filii,
remittuntur tibi peccata tua. Et eae
quidam de scribis dixerunt intra se: hic blas-
phemat. Et cum vidisset Iesus cogitationes
eorum, dixit: ut quid cogitatis mala in cor-
dibus vestris? quid est facilius, dicere: dimit-
tuntur tibi peccata tua; an dicere: surge
et ambula? ut autem sciatis, quia Filius
hominis habet potestatem in terra dimittendi
peccata, tunc ait paralytico: surge, tolle
lectum tuum, et vade in domum tuam.
Et surrexit et abiit in domum suam. Viden-
tes autem turbae, timuerunt, et glorifi-
caverunt Deum, qui dedit potestatem talem
hominibus:

De Bened. ant. ait Iesus paralytico: surge,
tolle lectum tuum, et vade in domum tuam.
* et surrexit, et abiit in domum suam.

Matth. 9.
De Magnif. ant. Videntes turbae timue-
runt, et glorificaverunt Deum: * qui dedit
potestatem talem hominibus. Matth. 9.

Feria II.

Lectio I.

De libro Tobie. cap. 2.

Post hoc cum esset dies festus Domini, et
lactum esset prandium in domo Tobie, dixit
tillio suo: vade et adduc aliquos de tribu nostra,
timentes Deum, ut opulentur nobiscum.
cumque abiisset, reversus nuntiavit ei unum
ex filiis Israel iugulatum iacere in platea.
Ratimque exiliens de ambitu suo, relin-
quens prandium, ieiunans pervenit ad corpus:
tollensque illud portavit ad domum suam

oculte, ut dum sol occubisset, caute
sepeliret eum. & Cumque occultasset cor-
pus, manducavit panem cum luctu et tristo-
re, memorans illum sermonem, quem
dixit Dominus per Amos prophetam: dies
festi vestri convertentur in lamentationem
et luctum, cum vero sol occubisset, abscondit
et sepelivit eum. Arguebant autem eum
omnes proximi eius dicentes: iam huius
rei causa interfici iurares, et vis effugisti
mortis imperium, et iterum sepelis mor-
tuos? g. Sed Tobias plus timeas Deum quam
regem, rapiebat corpora occisorum, et
occulabat in domo sua, et mediis nocti-
bus sepeliebat ea. Contigit autem, ut
quodam die fatigatus a sepultura, veniens
in domum suam, iactasset se iuxta parietem,
et obdormisset: et ex nido hiruindinum dor-
mienti illi calida stercorea incidere super
oculos eius, fieretque cecus. & Hanc autem
lentionem ideo permisit Dominus eve-
nire illi, ut posteris daretur exemplum
patientis eius, sicut et sancti Job. Nam
cum ab infantia sua semper Deum timeret,
et mandata eius custodierit, non est contri-
status contra Deum, quod plaga cecidat
evenerat ei, sed immobilis in Dei timore
permanuit, agens gratias Deo omnibus
diebus vite sue.

Ex 1. oct. Dominico precedentis.

Lectio II.

Ex libro sancti Ambrosii Episcopi
De Tobia. cap. j.

Lectio prophetica libro, qui inscribitur To-
bias, quamvis plene vobis virtutes sancti
& prophete Scriptura insinuaverit, tamen com-
pendiario mihi sermone de eius meritis

B. A.

recensendis et operibus apud eos utendum
 virtutibus, ut ea, quae Scriptura historico more
 exposcit latius, nos strictius comprehendamus,
 virtutum eius genera velut quaedam brevia-
 tio colligentes. Fuit Tobias, vir iustus, mise-
 ricors, hospitalis: et haec virtutum praeditus
 homo, subiit orum nam captivitatis, quam
 crebat humiliter atque patienter, commu-
 nem magis iniuriam quam privatum dolens;
 nec sibi virtutum suffragia nihil profuisse
 plorans, sed magis eam sibi contumeliam
 in ore peccatorum suorum pretio illa-
 am arbitratus. Meruit edictum, ne quis
 ex filiis captivitatis mortuum sepulchro
 areret. At ille interdito non revocabatur ma-
 is quam incitabatur, ne deserere officium
 pietatis mortis metu videretur: erat enim
 misericordiae pretium mortis poena. Talis
 flagitii deprehensus reus vix tandem per-
 mium potuit, direpto patrimonio, egenus
 et exul restitui suis. Iterum in his versa-
 tatur officiis, et si quid alimenti foret, pere-
 trinum, cum quo cibum sumeret, querebat.
 Naque cum sepius a sepulchro reverti pet-
 numere, appositis sibi edendi subsidiis, misero-
 liliis, querebat consortem convivii. Dum
 onviva auersitur, nuntialis in sepulchro
 oris reliquiis, convivium desererebat: nec
 utabatur primum, ut ipse cibum sumeret, cum
 a publico corpus iaceret exanime. Hoc illi
 notidianum opus, et magnum.

Teria III.

Lectio I.

De libro Tobie. cap. 2. 3.

sicut beato Job insultabant reges, ita isti
 (Tobie) parentes et cognati eius irridebant
 et amicus dicentes: ubi est spes tua, pro qua

411.
elemosynas et sepulchras faciebas? Tobias vero
in crepabat eos dicens: nolite ita loqui, quoniam
filii sanctorum sumus, et vitam illam expecta-
mus, quam Deus daturus est his, qui fidem
suam nunquam mutant ab eo. & Anna
vero uxor eius ibat ad opus textrinum quo-
tidie, et de labore manuum suarum victum
quem consequi poterat, defererebat. unde factum
est, ut haedum caprarum aucupiens de-
dulisset domi: cuius cum uocem belantis
uir eius audisset, dixit: videte, ne forte fu-
dimus sit, reddite cum Dominis suis, quia non
licet nobis aut edere ex furto aliquid aut
contingere. ad hoc uxor eius irata respondit:
manifeste uana facta est spes tua, et ele-
mosynae tuo modo apparuerunt. atque his
et aliis huiusmodi uerbis exprobrabat. g.
Tunc Tobias ingemuit, et cepit orare cum
lacrymis, dicens: iustus es Domine, et om-
nia iudicia tua iusta sunt, et omnes uis tua
misericordia, et ueritas et iudicium. Et nunc
Domine memor esto mei, et ne uindictam fi-
mas de peccatis meis, neque reminiscaris
delicta mea, uel parentum meorum. quoniam
non obediimus preceptis tuis, ideo traditi
sumus in direptionem, et captiuitatem, et
mortem, et in fabulam, et in inproperium
omnibus nationibus, in quibus dispersisti nos.
& Et nunc Domine, magna iudicia tua, quia
non egimus secundum precepta tua, et non
ambulauimus sinceriter coram te. Et nunc
Domine secundum uoluntatem tuam fac
mecum, et procipe in pace recipi spiritum
meum: expedit enim michi mori magis quam
uicere.

Ps. ex II. et ad. Dominico procedentis.

Lectio II.

im sanctus sepius officio propheta dum requies-
cit in cubiculo suo, cadente de papereum nido
bugine cocitatem incidit, nec conquisus in-
munit, nec dixit: hoc merces laborum meorum?
raudari magis se voluit obsequiorum, quam
utorum munere; nec cocitatem penam,
Impedimentum putabat. Et cum vidit
verede levare coniugis, ne quid furtivum
omium suam iniret, cavebat. Tenique
lus honestati, quam necessitati consulens,
si sua decerant, commodaverat proximo suo
ecuniam quamdam, quam toto vite suo tem-
pore in tanta indigentia non repropofit. Vix,
ubi se seipsum vidit et depositum senectute, in-
nuavit filio, non tam cupiens commodatum
eposcere, quam sollicitus, ne fraudaret heredem.
quod igitur commodavit pecuniam, et non fac-
eravit, iusti servavit officium. Malum est
nim foenus, quo quorundam usuro: sed non
illud foenus malum, de quo scriptum est:
genera proximo tuo in tempore necessitatis-
lius. quo gravius malum foenus est, eo lau-
abilior, qui illud refugit. Da pecuniam, si
abes, profit alii quo tibi obiosa est. Da quasi
non recepturus, ut lucro cedat, si redita fuerit.
qui non reddit pecuniam, reddit gratiam: si
transitis pecunia, adquisis iustitiam; iustus
Non enim, qui miseretur et commodat. Si amit-
itur pecunia, comparatur misericordia scrip-
tum est enim: qui facit misericordiam, facit
al proximo.

Teria IV.

Leccio I.

De libro Tobie. cap. 11.

igitur cum Tobias putaret, orationem suam
xandiri, ut mori potuisset, vocavit ad se

Tobiam filium suum, dixitque ei: audi fili mi
 verba oris mei, et ea in corde tuo quasi funda-
 mentum construe. Cum auerit Deus ani-
 mam meam, corpus meum sepeli: et hono-
 rem habebis matri tuo omnibus diebus vita
 eius: memor enim esse debes, quae et quanta
 pericula passa sit propter te in utero suo. &
 Cum autem et ipsa compleverit tempus vita
 suo, sepelias eam circa me. Omnibus autem
 diebus vita tuo in mente habeto Deum: et
 cave, ne aliquando peccato consentias, et proter-
 mittas precepta Domini Dei nostri. Ex sub-
 stantia tua fac elemosynam, et noli aver-
 tere faciem tuam ab ullo paupere: ita
 enim fiet, ut nec a te avertatur facies Domi-
 ni. *¶* Quomodo produeris, ita esto misericors.
 Si multum tibi fuerit, abundanter tribue:
 si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum li-
 benter impertiri stude. Premium enim
 bonum tibi thesaurizas in die necessitatis.
 Quoniam elemosyna ab omni peccato, et a
 morte liberat, et non patitur animam
 ire in tenebras. & *Fiducia magna erit*
 coram summo Deo elemosyna omnibus fa-
 cientibus eam. *Attende tibi fili mi ab omni*
fornicatione, et proter uxorem tuam num-
quam patiaris crimen scire. Superbiam
numquam ~~pericula~~ in tuo sensu, aut in tuo
verbo dominari permittas: in ipsa enim
initium sumpsit omnis perditio.

¶ *¶* ex III. et ult. Dominico procedentis.

Lectio II.

Ex libro sancti Cypriani Episcopi et
Martyris de opere et elemosynis.

Si vere filios tuos diligis, si eis exhibes plenam
et paternam dulcedinem charitatis, operari
magis debes, ut filios tuos Deo iusta operatione

munes. deo cum liberis tuis cogites pa-
 am, qui et temporarius et infirmus est, sed
 cum patrem putes, qui aeternus et firmus
 liorum spiritualium pater est. Illi signa
 culatiles tuas, quas hereditibus servas: ille fil-
 beris tuis tutor, ille curator, ille contra om-
 es iniurias seculares divina maiestate
 roctor. Patrimonium Deo creditum
 ec republica eripit, nec fiscus invadit, nec
 alium aliqua forensis everbit. In dubio
 creditas ponitur, quo Deo custode servatur.
 oc est charis pignoris in posterum pro-
 idere: hoc est futuris hereditibus paterna
 ietate consulere. Provaricator itaque
 et proditor pater es, nisi filiis tuis fideliter
 onfulas, nisi conservandis eis religiosa et
 vera pietate prospicias. qui studeas terrenis
 magis quam caelesti patrimonio, filios tuos
 diabolo magis commendare quam Christo,
 is delinquis, et geminum ac duplex crimen
 dmittis: et quod non preparas filiis tuis Dei
 abris auxilium, et quod doces filios patrimo-
 nium plus amare quam Christum. Esto pi-
 ius liberis tuis pater talis, qualis Tobias
 est. Da utilia et salutaria precepta
 ignoribus, qualia ille filio dedit: manda-
 tilis tuis, quod et ille filio mandavit.

Teria V.

Lectio I.

De libro Tobie. cap. 11.

uicumque tibi aliquid operatus fuerit, sta-
 in ei mercedem restitue, et merces mercenarii
 u apud te omnino non remaneat. quod ab
 lio orderis fieri tibi, vide ne tu aliquando
 cleri facias. Panem tuum cum esurientibus
 legenis comede, et de vestimentis tuis nudos
 ege. * Panem tuum et vinum tuum super

sepulturam iusti consti tue, et noli ex eo man-
ducare et bibere cum peccatoribus. Consilium
semper a sapiente perquire. omni tempore be-
nedic Deum, et pete ab eo, ut vias tuas dirigat,
et omnia consilia tua in ipso permancant.

9. Indico tibi etiam, fili mi, de ipse me
decem talenta argenti, dum adhuc infantu-
lus es, habeto in Rages civitate Medorum,
et chirographum eius apud me habeo: et
ideo perquire, quo modo ad eum pervenias,
et recipias ab eo supra memoratum pondus
argenti, et restituas ei chirographum suum.

* Noli timere fili mi: pauperem quidem
vitam gerimus, sed multa bona habebimus,
si timuerimus Deum, et reciperimus ab
omni peccato, et fecerimus bene. Tunc re-
spondit Tobias patri suo, et dixit: omnia,
quocumque precepisti mihi, faciam pater.
R. ex I. et Oct. Dominica precedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii Pape.

l. 10. moral. cap. 6.

Proximi dilectio ad duo precepta derivatur,
cum et per quendam gustum dicitur: quod
ab alio tibi odis fieri, vide ne tu alteri facias;
et per se metipsam veritas dicit: quo vultis
ut faciant vobis homines, et vos facite illis.
quibus duobus scilicet utriusque testamenti
mandatis, per unum malitia compositur,
per aliud benignitas prerogatur: ut malum
quod pati non vult, quisque non faciens,
cepet a necandi opere; et rursus bonum,
quod sibi fieri appetit, impendens, erga uti-
litatem se proximi exerceat ex benignitate.
Sed hoc nimirum duo, dum sollicita inten-
tione cogitantur, cor ad innumera virtutum

inisteria tenditur: ne uel ad inferenda, quo
 me debet, desiderius inquieta mens ferueat; uel
 erga exhibenda, quo debet, otio resoluta torpescat.
 tam cum cauet alteri facere, quod nequaquam
 uel ab altero ipse tolerare, sollicita se intentio-
 ne circumspicit, ne superbia eleuet, ne irā ex-
 speret et usque ad proferendam contumeliam
 inflammet: ne inuidia mordeat, et alienis
 elicitalibus amula sua se face consumat; ne
 immoderate linguam loquacitas pertrahat,
 amque usque ad lasciuiam obtreptionis
 extendat; ne aduim malitia excitet, et os usque
 ad iaculum maledictionis iritet. Quorsum
 um cogitat, ut ea alteri faciat, quo ipse sibi
 fieri ab altero expectat, pensat nimirum,
 et malis bona, et bonis meliora respondeat:
 ut discordes pace uniat, et concordēs ad concu-
 risantiam uerae pacis auingat: ut errantibus
 uiam rectitudinis ostendat; ut afflictos uerbo
 et compassione mulceat: ut erga errata subdi-
 torum sui mansuetudo zelum temperet, qua-
 lenus a iustitie studio non eneruet; sic ad
 unctionem zelus ferueat, ne tamen pietatis
 similem feruendo transcendat: ut ingratos
 beneficiis ad amorem prouocet: ut proximo-
 rum mala, cum corrigere non ualeat, taceat;
 utque, cum corrigi loquendo possunt, silen-
 tium consensum esse pertimescat.

Feria VI.

Leuitio I.

De libro Tobie . cap. 13 . 111 .

Experiens autem Tobias senior os suum, bene-
 dixit Domino, et dixit: magnus es Domine
 in eternum, et in omnia secula regnum tuum:
 in ueniam tu flagellas et saluas, deducis ad in-
 teros et reducis, et non est, qui effugiat manum
 tuam. Confitemini Domino filii Israel, et

in conspectu gentium laudate eum, quoniam
 ideo dispersit vos inter gentes, quae ignorant
 eum, ut vos enarretis mirabilia eius, et
 faciatis scire eos, quia non est alius Deus om-
 nipotens praeter eum. & ipse castigavit nos
 propter iniquitates nostras, et ipse salvabit
 nos propter misericordiam suam. aspiciite
 ergo, quo fecit nobiscum, et cum timore
 et tremore confitemini illi, regemque se-
 culorum exalate in operibus vestris. Ego
 autem in terra captivitatis meae confitebor
 illi, quoniam ostendit maiestatem suam in
 gentem peccatricem. 9. Convertimini
 itaque peccatores, et facite iustitiam coram
 Deo, credentes quod faciat vobiscum miseri-
 cordiam suam. Ego autem et anima mea
 in eo letabimur. Anima mea benedic Domi-
 num, quoniam liberavit Ierusalem civi-
 tatem suam a cunctis tribulationibus eius
 Dominus Deus noster. Beatus ero, si fuerint
 reliquiae seminis mei ad videndum clarita-
 tem Ierusalem. & Et consummati sunt ser-
 mones Tobiae. Et postquam illuminatus est
 Tobias, vixit annis quadraginta duobus, et
 vidit filios nepotum suorum. Completis
 itaque annis centum duobus sepultus est
 honorifice in obitu suo. quinquaginta nam-
 que et sex annorum lumen oculorum a-
 misit, sexagenarius vero recepit. Reliquum
 vero vitae suae in gaudio fuit, et cum bono
 profectu timoris Dei perrexit in pacem.

Act. ex II. c. 10. Dominicae praecedentis.

Lectio II.

Ex libro de questionibus ex utroque
 Testamento mixtis. Inter operum au-
 gustini. T. III.

Prop. de Tempore. II.
B. A.

tanta providentia est Domini Dei circa nos,
 et errare nos nolens et legem et exempla bonorum
 rerum daret, quibus modesta et tranquilla agi pos-
 set vita cum Dei timore. qui enim auctor vita est,
 non vult utique opus suum morti ope obnoxium.
 namvis natura ipsa legis non exarsit, tamen
 et Dominus bonus et misericors est, ut maior notitia
 suum opus et quo sequenda, et illorum quae vitanda
 sunt, litteris et exemplis ostendit, sicut profert lectio
 habetur. Dei ergo famulus sanctus Tobias post legem
 exemplum nobis datus est, ut quo legimus, quomodo
 iant, sciamus; et, si tentationes advenerint, a
 Dei timore non recedamus, neque auxilium aliunde
 quam ab eo speremus. Numquam ergo decipi potest,
 si tota mente sperat in Deum. Cum ad tempus tri-
 bulationis orbe fuerint per insidias satano, ex-
 mpla nos docent Sanctorum, neque a Deo permitti;
 nisi ad incrementum meritorum nostrorum.
 nam si equo animo fuerint tribulatio, hi nobis
 aliter consolatio cum effectu, et in futuro vita
 aeterna cum gloria. Deus enim noster, qui iustus
 est, et personarum acceptio apud illum non est,
 tribulatio nos permittit, quia nos diligit; ut post la-
 borem populo nobis premia dare amplissima.
 Quam ergo laudabilis sit sanctus Tobias, Scrip-
 tura docemur, cuius devotionem nec captivi-
 tas minuit; nec oculorum amissio, quominus
 eum benediceret, persuasit; neque ea hausta
 substantia a via iustitiae et veritatis avertit.
 Necepsitas enim probat iustum: in egestate
 iustitiam servare, vera ac perfecta iustitia est.
 Unde enim quorundam devotio minuitur,
 inde augmentum fecit laude dignus Tobias.

Sabbato.
Lectio I.

De libro Tobie. cap. 14.

In hora mortis sue (Tobias) vocavit ad se Tobiam filium suum, et septem iuvenes filios eius nepotes suos, dixitque eis: prope erit miseratus est in me; non enim excidit verbum Domini. et fratres nostri, qui dispersi sunt a terra Israel, revertentur ad eam. * Omnis autem deserta terra eius replebitur, et domus Dei, quo in ea incensa est, iterum redificabitur: ibique revertentur omnes timentes Deum: et relinquent gentes idola sua, et venient in Ierusalem, et inhabitabunt in ea, et gaudebunt in ea omnes reges terre, adorantes regem Israel. ¶ Audite ergo filii mei patrem vestrum: servite Domino in veritate, et inquirete ut faciatis quae placita sunt illi: et filiis vestris mandate, ut faciant iustitias et elemosynas, ut sint memores Dei, et benedicant eum in omni tempore in veritate, et in tota virtute sua. ¶ Tunc ergo filii audite me, et nolite manere hic, sed quaecumque die sepelietis matrem vestram circa me in uno sepulchro, ex eo dirigite greges vestros, ut exeat hic: video enim, quia iniquitas eius finem dabit ei. * Factum est autem post obitum matris sue, Tobias abscepit ex Chiniue cum uxore sua, et filiis et filiorum filii, et reversus est ad soceros suos. Invenitque eos incolumes in Ierusalem bona, et curam eorum gessit, et ipse clausit oculos eorum: et omnem hereditatem Domus Raquelis ipse percepit: viditque quintam generationem, filios filiorum suorum. Et completis annis nonaginta novem in timore Domini cum gaudio sepelivit eam. Omnis autem cognatio eius et omnis generatio eius in bona vita, et in sancta conversatione permansit.

ut accepti essent tam Deo quam hominibus,
cunctis habitantibus in terra.

ff. ex III. Octob. Dominico precedentis.

Lectio II.

Ex libro de questionibus ex utroque
Testamento mixtis. l. c.

In Tobio erectus ad Deum animus nec
divitiae fractus est, nec inopia humiliatus.
In contra edita occisorum corpora sepulture
andabat, et de Dei largitione securus de ipso
ignis misericors, et sciens hanc magis placere
e misericordiam, quo de exiguo fit. Hic enim
vere fidelis est, qui non dubitat de promissis
suis, qui de parvo largitur. Spe ergo futurorum
animam suam consolans Deo dicitur Tobias, in
ultatione robustus et fortis inventus est, osten-
dens in necessitate plus in Dei timore vigilan-
tem; quia si necessitas ad Dei auxilium nos
impellit, quanto magis securitas? Certi ergo
nisi viri, quod Deus iudicium sibi eorum omni-
um, quo in hoc mundo fiunt, exceperit, tribu-
tiones et damna et reliqua exercitia vel con-
ameliis non tantum non egre tulerunt, sed
et gratanter acceperunt. Itaque in tantum
eo placuit iustus Tobias, ut duplii genere me-
ritorum suorum consequeretur mercedem: et
in presenti enim, quodammodo, ministro an-
gelo recuperavit lumen, ac ditatus est etiam
in his, quo ad presentem pertinent vitam; et
in futuro heres regni caelorum est factus: ut
in hoc doceremur, quia in toto corde Dei legi
et temperat, nec de Dei promissis dubitat, et
in hoc seculo copiam sepe auget Deus, et in
futuro donat illum vitam aeterna.

Ad Vesperas Duplex.

De Magnif. ant. Venit apud in multitudine

fortitudinis suo: & Dominus autem omnipotens tradidit eum in manu femine, et confodit eum. Judith 16.

Oratio San. Gelas.

Omnipotens et misericors Deus, universa nobis adversantia propitiatus exclude: ut mente et corpore pariter expediri; quo tua finalis, liberis mentibus exequamur. Per Dominum.

Dominica XIX. post Pentecosten.

Duplex maius 12. lect.

In I. octurno.

Lectio I.

De libro Judith. cap. 8.

Erat Judith relicta vidua, iam annis tribus et mensibus sex. Et in superioribus domus sue fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur, et habens super lumbos suos cilicium ieiunabat omnibus diebus vite sue, proter Sabbata et neomenias, et festa domus Israel. Et erat hoc in omnibus famosissima, quoniam timebat Dominum valde, nec erat, qui loqueretur de illa verbum malum.

R. Scitote, quoniam exaudiet Dominus preces vestras, & si manentes permanseritis in ieiuniis et orationibus. V. Omnia quaecumque petieritis in oratione credentes, accipietis. * si. Judith 4. Matth. 21.

Lectio II.

Hoc itaque cum audisset, quoniam Ozias promississet, quod trans alio quinto die traderet civitatem (Bethuliam Holoferni), misit ad presbyteros, et venerunt ad illam, et dixit illis: quod est hoc verbum, in quo confessit Ozias, ut tradat civitatem apgruis, si intra quinque dies

83.
non venerit vobis adiutorium? Et qui estis vos,
si tentatis Dominum? Non est iste sermo,
si misericordiam provocet, sed potius, qui
am excitet, et furorē auēdat. Postulatis
tempus miserationis Domini, et in arbitri-
um vestrum diem constituitis ei. Sed quia
aliens Dominus est, in hoc ipso poeniteamus,
indulgentiam eius fufis lacrymis postulemus:
non enim quasi homo, si Deus comminabitur,
eque sicut filius hominis ad iracundiam
flammaleitur.

Quo animo estote, fratres: expectemus a
mino misericordiam: & forsitan enim indignationem suam absundet, et dabit gloriam
domini suo. V. Nihil solliciti sitis; sed in om-
ni oratione et obsecratione petitiones vestras
innotescant apud Deum. & forsitan. Judith. 4.

Philip. 4.

Lectio III.

Deo humiliemus illi animas nostras, et in
risu constituti humiliato serviales illi,
icamus flectes Domino, ut secundum volun-
tatem suam sic faciat nobiscum misericordiam
iam: ut sicut conturbatum est cor nostrum in
perbia eorum, ita etiam de nostra humilitate
loriemur. quoniam non sumus secuti peccata
& patrum nostrorum, qui dereliquerunt
numinum, et adoraverunt deos alienos, pro
no scelere dati sunt in gladium et in rapinam,
in confusionem inimicis suis: nos autem al-
rum Deum nescimus, preter ipsum.

Expectemus humiles consolationem eius,
et exquiret sanguinem nostrum de afflictio-
ibus inimicorum nostrorum, & humiliat
et omnes gentes, quaecumque insurgunt
contra nos. V. Clamemus in caelum, et misere-
bitur nostri Dominus. & et hum. Judith. 8. 1. Mach. 11.

Lectio IV.

Et nunc fratres, quoniam vos estis presbyteri in populo Dei, et ex vobis pendet anima illorum, ad eloquium vestrum corda eorum erigite, ut memores sint, quia tentati sunt patres nostri, ut probarentur, si vere colerent Deum suum. Illi autem, qui tentationes non susceperunt cum timore Domini, et impatentiam suam et improperium murmurationis sue contra Dominum protulerunt, exterminati sunt ab exterminatore, et a serpentibus perierunt. Et nos ergo non ulciscamur nos pro his, quos patimur, sed reputantes peccatis nostris haec ipsa supplicia minora esse, flagella Domini, quibus quasi serui corripimur, ad emendationem et non ad perditionem nostram evenisse credamus.

¶ Abraham tentatus est, et per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus est. et omnes qui placuerunt Deo, per multas tribulationes transierunt fideles. V. quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. et omnes. V. gloria. et omnes. Genith 8. ad. iij.

In II. octurno.Lectio V.

Ex libro sancti Cypriani episcopi et
martyris de oratione Dominica.

Quando stamus ad orationem, fratres dilectissimi, vigilare et incumbere ad preces toto corde debemus. Cogitatio omnis carnalis et secularis abscedat, nec quidquam tunc animus, quam id solum cogitet, quod precatur. Preces et facendos ante orationem prefatione promissa parat fratrum mentes, dicendo: sursum corda; ut dum respondet plebs: habemus ad Dominum, admonetur nihil aliud se, quam Dominum

117
94
gitare debere. claudatur contra adversarium
ultus, et soli Deo pateat, nec ad se hostem Dei
impore orationis adire patiatur. Obiecit
im frequenter et penetrat, et subtiliter fal-
us preces nostras a Deo avocat, ut aliud ha-
eamus in corde et aliud in ore, quando in-
tione sincera Dominum debeat non vocis
nus, sed animus et sensus orare.

Quia patiens Dominus est, in hoc ipso paeni-
amus: et humiliemus illi animas nostras, et
pedemus humiles consolationem eius. *V.*
ratio humiliantis se nubes penetrabit, et
non discedet, donec altissimus appiciat. et humil.
iudith 8. Euli. 55.

Lectio VI.

Quo autem sequitur est, alienari et rapti inq-
uis cogitationibus et profanis, cum Dominum
deprecaris, quasi sit aliud, quod magis debeas
cogitare, quam quod cum Deo loqueris? quo-
modo te audiri a Deo postulas, cum te ipse non
audias? Vis esse Deum memorem tui cum
rogas, quando tu ipse memor tui non sis? Hoc
est, ab hoste in totum non cavere; hoc est, quan-
do oras Deum, maiestatem Dei negligentia ora-
tionis offendere; hoc est, vigilare oculis et corde
amire, cum debeat christianus, et cum demit
culis, corde vigilare. quapropter sollicite et
utile apostolus admonet dicens: in state ora-
tioni, in vigilantes in ea; docens scilicet et
tendens, eos impetrare, quod postulant, ut deo
ope, quos Deus videat in oratione vigilare.

Non in multitudine est virtus tua do-
mine, nec superbi ab initio placuerunt tibi:
sed et humilium et mansuetorum semper
tibi placuit deprecatio. *V.* Omnis qui se exal-
tavit humiliabitur, et qui se humiliat exaltabitur.
humil. iudith 9. Luc. 18.

Qualia autem sunt, fratres dilectissimi orationis Dominice sacramenta, quam multa, quam magna, breuiter in sermone collecta, sed in uirtute spiritaliter copiosa, ut nihil omnino preter nispum sit, quod non in precibus atque orationibus nostris, celestis doctrina comprehendatur? Sic ait, orate: Pater noster qui es in caelis. quanto Domini indulgentia, quantalata circa nos dignationis eius et bonitatis ubertas, qui si nos uoluerit orationem celebrare in conspectu Dei, ut Deum Patrem uocemus, et ut Christus Dei Filius, si et nos Dei filii nuncupemur? quod nomen nemo nostrum in oratione audeat attingere, nisi ipse nobis sic permisisset orare. ostendit itaque, fratres dilectissimi! et scire debemus, quia quando patrem Deum dicimus, quasi filium Dei agere debemus, ut quomodo nos nobis placemus de Deo patre, si sibi placeat et ille de nobis. Conuersumur quasi Dei templa, ut Deum in nobis constet habitare. Nec sit degeneratus noster a spiritu, ut qui coelestes et spirituales spe agimus, non nisi spiritualia et caelestia cogitemus et agamus.

R. Peccauimus cum patribus nostris, iniuste egimus, iniquitatem fecimus: * tu Domine, quia pius es, miserere nostri. *V.* Ne memineris iniquitatum nostrarum, cito anticipent nos misericordie tue. * tu. *Antiph.*

Lectio VIII.

Post hoc dicimus: sanctificetur nomen tuum; non quod optemus Deo, ut sanctificetur orationibus nostris, sed quod petamus ab eo, ut nomen eius sanctificetur in nobis. Ceterum a quo Deus sanctificetur, qui ipse

B. A.

sanctificat? Sed quia ipse dixit: sancti estote, quoniam et ego sanctus sum; id petimus et rogamus, ut qui in baptismo sanctificati sumus, in eo, quod esse cepimus, perseveremus, et hoc cotidie deprecamur. Opus est enim nobis quotidiana sanctificatione, ut qui quotidie delinquimus, delicta nostra sanctificatione assidue purgemus. Quis autem sit sanctificatio, quod vobis de Dei dignatione conferitur, apostolus declarat dicens: sanctificati estis in nomine Domini Jesu Christi, et in Spiritu Dei nostri. Haec sanctificatio ut in vobis permaneat, oramus, et quia Dominus et iudex noster sancta aeterna iustificatio comminatur iam non delinquere, ne quid ei deterius fiat, hanc continuis rationibus precem facimus, haec diebus ac noctibus postulamus, ut sanctificatio et vivificatione, quo de Dei gratia sumitur ipsius protectione servetur.

Oratio. Domine Deus caeli et terrae, respice ad nostram humilitatem; ostende, quoniam non derelinquis presumptas de te, et de sua virtute gloriantes humilias. *V.* In animo contrito et spiritu humilitatis suscipiamur, quoniam non est confusio confidentibus in te. *R.* Quoniam. *In iudicio Dan. 9.*

In III. et nocturno.

Lectio IX.

De Epistola beati Pauli apostoli ad Hebraeos.
cap. 1.

Reverentiam, propter quem omnia, et per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem consummare; qui enim sanctificat, et qui sanctificantur, rex uno omnino. Propter quam causam non confunditur frater eos vocare dicens: in iudicio nomen tuum fratribus meis, in

90.
medio caelestis laudabo te. Et iterum ego ero
fidens in eum. Et iterum: ecce ego et pueri
mei, quos dedit mihi Deus.

91.
R. Domine rex omnipotens in dilectione tua
cuncta sunt posita: * non est, qui populo tuo
resistere voluntati, si decreveris saluare
Israel; † et nunc miserere populi tui. V.
et miserere omnium, quia omnia potes, et
despicias peccata hominum propter
penitentiam. † et nunc. Esth. 13. Sap. 11.

Lectio X.

Quia ergo pueri communicaverunt carni
et sanguini, et ipse similiter participavit
eisdem: ut per mortem destrueret eum, qui
habebat mortis imperium, id est, diabolum;
et liberaret eos, qui timore mortis per totam
vitam obnoxii erant servituti eius, quam
enim angelos apprehendit, sed semen abrahae
apprehendit. Unde debuit per omnia fratri-
bus assimilari, ut misericors fieret et fidelis
pontifex ad Deum, ut repropitiaret delicta
populi. In eo enim, in quo pater est ipse et
tentatus, potens est eis, qui tentantur, auxiliari.

R. Deus fortis super omnes, exaudi vocem
eorum, qui nullam aliam spem habent,
* et † libera nos de manu iniquorum.

V. Cum ignoremus, quid agere debeamus,
hoc solum habemus residui, ut oculos nostros
dirigamus ad te. † libera. Esth. 14. 2. Cant. 20.

Lectio XI. cap. 10.

Unde fratres sancti, vocationis caelestis parti-
cipes, considerate apostolum et pontificem
confessionis nostrae Jesum: qui fidelis est ei,
qui fecit illum, sicut et Moyses in omni do-
mo eius. Amplioris enim gloriae iste pro
Moyses dignus est habitus, quanto ampliora

honorem habet domus, qui fabricavit illam.
In omni namque domus fabricatur ab aliquo:
qui autem omnia creavit, deus est. Et Moyses
videm fidelis erat in tota domo eius, tam-
quam famulus, in testimonium eorum, quo
dicenda erant: Christus vero tamquam filius
in domo sua: quo domus sumus nos si fidu-
ciam et gloriam spei usque ad finem firmam
et tincamus.

Oratio. Memento Domine, et ostende te nobis in
tempore tribulationis nostrae, * ut viventes
laudemus nomen tuum. V. Erue nos in mi-
serationibus tuis, et da gloriam nominis tui
Domine. * ut. Esth. 14. Dan. 3.

Lectio XII.

Propter sicut dicit Spiritus sanctus: hodie si
vocem eius audieritis, nolite obdurare corda ves-
tra, sicut in exacerbatione secundum diem tenta-
tionis in deserto, ubi tentaverunt me patres
vestri: probaverunt et viderunt opera mea qua-
raginta annis: propter quod in fensus sui ge-
nerationi huic, et dixi: semper errant corde.
Nisi autem non cognoverunt vias meas, sicut
iuravi in ira mea: si introibunt in requiem
meam. Vide te, fratres, ne forte sis in aliquo
estrum cor malum incredulitatis, discerendi a
eo vivo: sed adhortamini vos metipsos per sin-
gulos dies, donec hodie cognominatur, ut non
dicatur quis ex vobis fallacia peccati. Parti-
nes enim Christi effecti sumus: si tamen mi-
nim substantie eius usque ad finem firmam
et tincamus.

Oratio pro Dominica. Seraphim clamabant ad ter-
racelorum: * Sanctus, sanctus, sanctus Dominus
deus exercituum: et plena est omnis terra gloria
tua. V. Tres sunt, qui testimonium dant in

92:
caelo, Pater, Verbum, et Spiritus sanctus: et hi
tres unum sunt. * sanctus. V. gloria. F. plena.
psa. 6. i. joan. 8.

R. infra hebdomadam. clamaverunt ad Deum,
et illis vociferantibus * lux et sol ortus est, et
humiles exaltati sunt. V. israel clamavit
ad Dominum, et saluum fecit Dominus po-
pulum suum. * lux. V. gloria. * lux.
Esth. ij. et io.

Sequentia sancti Evangelii secundum
Matthaeum. cap. 22.

In illo tempore: loquebatur Jesus principi-
bus sacerdotum et phariseis in parabolis di-
cens: Simile factum est regnum eorum ho-
mini regi, qui fecit nuptias filio suo. Et misit
seruos suos vocare invitatos ad nuptias; et
nolebant venire. Quorum misit alios seruos
dicens: Dicite invitatis: ecce prandium meum
paravi, tauri mei et acilia occisa sunt, et
omnia parata: venite ad nuptias. Illi autem
neglexerunt, et abierunt, alius in villam suam,
alius vero ad negotiationem suam: reliqui
vero tenuerunt seruos eius, et contumelias
affectos occiderunt. Rex autem cum audisset,
iratus est: et misit exercitibus suis perdidit
homicidas illos, et civitatem illorum suen-
dit. Tunc ait servis suis: nuptiae quidem
paratae sunt; sed qui invitati erant, non
fuerunt digni. Itaque ad vias viarum,
et quoscumque inveneritis, vocate ad nuptias.
Et egredi servi eius in vias, congregaverunt
omnes, quos invenerunt, malos et bonos:
et implete sunt nuptiae discumbentibus.
Intrauit autem rex, ut videre discumbentes:

vidit ibi hominem non vestitum veste nup-
tiali. Et ait illi: amice, quomodo huc intrasti,
non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit.
Tunc dixit rex ministris: ligatis mani-
bus et pedibus eius mittite eum in tenebras
exteriores: ibi erit fletus et stridor dantium.

Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.
Obsecr. ant. Sicite invitatis: ecce pran-
tium meum paravi, venite ad nuptias: *
si autem neglexerunt, et abierunt alius in
villam suam, alius vero ad negotiationem
suam. Matth. 22.

De Magnif. ant. Intravit rex, ut videret des-
cumbentes, et vidit ibi hominem non vestitum
veste nuptiali: * et ait illi: amice quomodo
huc intrasti non habens vestem nuptialem?
At ille obmutuit. Matth. 22.

Feria II.

Lectio I.

De libro Judith. cap. 13.

Exierunt duo, secundum consuetudinem
suam, quasi ad orandum, et transierunt
castra, et gyrantes valem, venerunt ad portam
civitatis. Et dixit Judith a longe custodibus
murorum: aperite portas, quoniam nobiscum
est Deus, qui fecit virtutem in israel. * Et
factum est, cum audissent viri vocem eius,
vocaverunt presbyteros civitatis. Et concur-
rerunt ad eam omnes a minimis usque ad
maximum: quoniam sperabant eam iam
non esse venturam. Et ascendentes lumina-
ria congregaverunt circa eam universi.
Illa autem ascendens in eminentiorem locum,
iussit fieri silentium. ¶ Cumque omnes

tacuissent, dixit Judith: laudate Dominum
 Deum nostrum, qui non deseruit sperantes in
 se, et in me ancilla sua adimplevit miseri-
 cordiam suam, quam promisit Domini Israel,
 et interfecit in manu mea hostem populi
 sui hac nocte. Et proferens de pera caput
 Holofernis, ostendit illis, dicens: ecce caput
 Holofernis principis militum assyriorum,
 et ecce conopocum illius, in quo recumbebat
 in ebrietate sua: ubi per manum femina
 percussit illum Dominus Deus noster. Vivit
 autem ipse Dominus, quoniam custodivit
 me angelus eius, et hinc euntem, et ibi con-
 morantem, et inde hinc revertentem, et non
 permisit me Dominus ancillam suam
 corinquinari: sed sine pollutione peccati
 revocavit me vobis gaudentem in victoria
 sua, in evasione mea, et in liberatione
 vestra.

R. P. ex I. capit. Dominico precedentis.

Lectio II.

Ex libro sancti Ambrosii Episcopi

De virginitate. cap. 4.

Vera est fortitudo, que natura usum secus
 infirmitatem, mentis deviationem trans-
 greditur. qualis in illa fuit, cui nomen
 Judith, que viros obsidione fractos, per-
 cussos metu, tabidos fame sola potuit a
 colluvione revocare, ab hoste defendere.
 Ea enim, ut legimus, cum Holofernes sumptu
 multorum terribilis preliorum intra mu-
 ros innumera virorum milia coegisset,
 armatis parentibus et ~~et~~ de ex-
 trema iam parte trahentibus, extra murum
 procepit: et illo prestantiori exercitu, quem

beravit; et eo fortior, quem fugavit. Xii huius
 (nim) maeroribus et quotidianis roborata
 iunior sancta Judith, quo seculi oblectamenta
 inquiri, periculi negligens, moribus con-
 emtu fortior, ut commenta strueret doli,
 estem illam incanditatis, qua vivente viro
 estiri solebat, se induit, quasi placitura viro,
 patriam liberaret. Quid cetera persequa-
 mur, quor inter millia hostium castra perman-
 sit. Quid eius sapientiam predicemus, quod
 iunior a modi est commentata consilium?
 Glentem elegit, ut intemperantiam a se in-
 erioris arceret, occasionem pararet victorio.
 Abstinentie meritum pudicitie gratiam
 eservavit. Nec cibo enim, ut legitur, ma-
 ulata nec adulterio, non minorem servato
 aspitatis ex hostibus reverit triumphum,
 nam patria liberata.

Feria III.

Lectio I.

De libro Judith .cap. iij. et s.

Vixit autem Judith ad omnem populum.
 Videte me fratres, suspendite caput hoc
 super muros vestros: et cum exierit
 et accipiat unus quisque arma sua, et
 exite cum impetu, non ut descendatis deor-
 um, sed quasi impetum facientes. Tunc ex-
 cloratores necesse erit, ut fugiant ad prin-
 ipem suum excitandum ad pugnam. *
 Cumque duces eorum cucurrerint ad taber-
 naculum Holofernis, et in venerint cum
 runcum in suo sanguine volutatum, decidet
 super eos hinc. Cumque cognoveritis fugere
 eos, ite post illos securi, quoniam Dominus
 conteret eos sub pedibus vestris. ¶ Cum
 uletam) omnis exercitus decollatum Holoferneu

audiret, fugit mens et consilium ab eis, et solo
 tremore et metu agitati fugae presidium sumunt:
 ita ut nullus loqueretur cum proximo suo,
 sed inclinato capite, relictis omnibus, eundem
 festinabant Hebreos, quos armatos super se
 venire audiebant, fugientes per vias camporum
 et semitas collium. Videntes itaque filii israel
 fugientes, secuti sunt illos: descenderuntque
 clangentes tubis, et ululantes post ipsos. *

Joachim autem summus pontifex de jerusalem
 venit in Bethuliam cum universis presbyteris
 suis, ut videret Judith. quae cum exisset ad
 illum, benedixerunt eam omnes una voce,
 dicentes: tu gloria jerusalem, tu letitia
 israel, tu honorificentia populi nostri: quia
 fecisti viriliter, et confortatum est cor tuum,
 eo quod castitatem amaveris, et post virum
 tuum alterum nescieris: ideo et manus
 Domini confortavit te, et ideo eris benedicta in
 eternum. Et dixit omnis populus: fiat, fiat.
 R. R. ex II. octob. Dominica precedentis.

Lectio II.

Ex libro sancti Ambrosii episcopi

De Viduis. cap. 7.

Quid (Judith) sobrietatem loquat? tempe-
 rantia enim virtus est feminarum. Inebria-
 tis vino viris et somno sepuctis, abstulit
 vidua gradum, exeruit manum, bellatoris
 abscurit caput, per medias hostium acies inte-
 merata procepit. Advertitis igitur, quantum
 nocere mulieribus possit ebrietas, quando
 viros vinum solvunt, ut vincantur a feminis:
 quia (enim) non bibit, haud difficile ebrios
 exercitus unius sobrietas et vincere potuit
 et eludere. nec dextera tantum haec, sed

multa maiora prope sapientie. et cum
manu solum Holofernem vicisset, confilio om-
nem hostium vicisset exercitum. Suspensum enim
Holofernis capite, quod virorum non potuit
excogitari confilio, suorum crevit animos,
hostium fregit: suos pudore excitans, hostes
inque terrore percellens; eoque ceciderunt et fu-
cati. Gloria minus vidua temperantia atque sobrie-
tas non solum naturam suam vicisset, sed quod est
implius, fecit viros etiam fortiores. Nec histama-
lata sucepibus, cui utique gaudere et exultare
videbat iure victoria, viduitatis reliquit offi-
cium: sed contentis omnibus, qui eius nuptias
invidiant, vestem incunditatis deposuit, vi-
ditatis resumpsit: nec triumphorum suorum
mauit ornatus, illos existimans esse meliores,
quibus vitia corporis, quam quibus hostium arma
vincuntur.

Feria IV.

Lectio I.

De libro Esther. cap. 8. 1.

Missa sunt (littere) per cursores regis ad uni-
versas provincias, ut occiderentur atque delerentur
omnes Iudeos a puero usque ad senem, parvulos
et mulieres uno die, hoc est, tertio decimo men-
sis duodecimi; qui vocatur Adar, et bona erunt
iniperent. Summa autem epistolarum hec
fuit, ut omnes provincie scirent, et pararent
se ad predictam diem. * Quo cum audisset
Nardocheus, scivit vestimenta sua, et indutus
et sacco, frangens cinerem capiti: et in platea
iudice civitatis voce magna clamabat, osten-
dens amaritudinem animi sui, et hoc iulatu
sque ad fores palatii gradient, et non enim
ablicitum indutum sacco aulam regis
intrare. In omnibus quoque provinciis,

95.
oppidis ac locis ad que crudele regis dogma
peruenerat, plumbus ingens erat apud iudeos,
ieiunium, ululatus et fletus, fauus et cinere
muctis prostrato utentibus. 9. Exemplar
quoque edicti, quod reperdit in Susana, dedit
Mardocheus eunucho ut regino ostenderet,
et moneret eam, ut intraret ad regem, et
deprecaretur eum pro populo suo. que respon-
dit ei, et iussit, ut diceret Mardocheo: omnes
norunt, quod siue vir siue mulier, non uocatus,
interius a throno regis intraverit, absque ulla
cunulatione statim interficiatur, nisi forte
rex auream uirgam ad eum se tenderit pro
signo clementie, atque ita possit uiuere.
Ego igitur que moue ad regem intrare poteram,
que triginta iam diebus non sum uocata ad
eum? * Vade et congrega omnes iudeos, quos
in Susana repereris, et orate pro me. et non come-
datis, et non bibatis tribus diebus, et tribus
noctibus: et ego cum ancillis meis similiter
ieiunabo, et tunc ingrediar ad regem, contra
legem faciens, non uocata, tradensque me
morti et periculo. Quod itaque Mardocheus,
et fecit omnia, que ei Esther preceperat.
R. ex III. et Oct. Dominico precedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Iohannis Chrysostomi.

hom. 3. ad pop. ant. n. 2.

Illud hum ecclesia communio potest, si anima
dolente, si corde contrito preces emittamus.
Non opus est mare transire, non opus est lon-
gam subire peregrinationem: singuli ac sin-
gula ad ecclesiam occurrentes, et domi manentes,
multo Deum studio inuocemus: et omnino
supplicationibus annue. Unde hoc manifestum?
quo uehementer cupiat nos ad ipsum semper

19.

confugere, in omnibus ipsum deprecari, et
nihil absque illo vel facere vel dicere. Ne
igitur torpeamus continue ad ipsum confugere,
et quod grave fuerit, omnino remedium conveniens
recipiet. Terruit homo? curre ad supernum Domi-
num, et nil grave patieris. Sic antiqui cala-
mitates avertiebant, non tantum viri, sed et
mulieres. Fuit quaedam mulier hebraea, Esther
nomine: haec Esther universum suorum
populum interfectione delendum, si eripuit.
Postquam Persarum rex omnes populi in iudeos
interimii iussit, cum nullus esset, qui contra
iram illius obfistere posset, splendidiorum
vestitum exuta mulier, et saucis amicta, et
inere substrato, divino clementia supplica-
bat, ut secum ad regem ingrederetur.

Feria V.

Leitio I.

De libro Esther. cap. 5.

Die tertio induta est Esther regalibus vesti-
mentis, et stetit in atrio domus regis, quod
erat interius contra basilicam regis: ab ille
sedebat super solium suum in consistorio
palatii contra ostium domus. Cumque
vidisset Esther reginam stantem, placuit oculis
eius, et extendit contra eam virgam auream,
quam tenebat manu. quo audens osculata
est summitatem virgae eius. Dixitque ad eam
rex: quid vis Esther regina? quae est petitio
tua? etiamsi dimidiam partem regni
velieris, dabitur tibi. ab illa respondit: si regi
placet, obsecro, ut venias ad me hodie, et
man tecum, ad convivium quod paravi.
Tuncque rex, vocate, inquit, cito amam,
et Esther obediat voluntati. venerunt itaque

rex et aman ad convivium, quod eis regina
paraverat. g. Egredius est itaque illo die aman
letus et alacer. cumque vidisset Haradochaum
sedentem ante fores palatii, et non solum non
absurrexisset sibi, sed nec motum quidem de
loco sessionis suae, indignatus est valde. Et
dissimulata ira reversus in domum suam,
convocavit ad se amicos suos et Zares uxorem
suam: et exposuit illis magnitudinem divi-
diarum suarum, et quanta cum gloria super
omnes principes et servos suos rex elevasset. *
Et post hoc ait: regina quoque Esther nullum
alium vocavit ad convivium cum rege, propter
me: apud quam etiam cras cum rege pran-
surus sum. Et cum haec omnia habeam, nihil
me habere puto, quamdiu video Haradocha-
um quidem sedentem ante fores regias. Et
iussit excelsam parari crucem.

Deest. ex I. et oct. Dominico precedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Augustini Episcopi.

lib. contra duas epist. Pelag. n. 38.

J. 10.

Quid est, quod Esther illa regina orat et dicit:
Da sermonem concinnum in os meum, et verba
mea clarifica in conspectu leonis, et converte
cor eius in odium impugnantis nos? ut quid
in ista in oratione dicit? Deo si non operatur
Deus in cordibus hominum voluntatem?
Ene ingreditur ad regem. Et convertit Deus,
et transtulit indignationem eius in benivolentiam.
Jam sequentia commemorare quid opus est,
ubi Deum complevisse, quod illa rogaverat,
divina scriptura testatur, operando in corde
regis, quid aliud quam voluntatem, qua iussit,
et factum est, quod ab eo regina poposcerat?
quam Deus iam, ut fieret, exaudierat, qui cor

epis, antequam mulieris sermonem profectis
 audiret, cum tipima et efficacissima potestate
 conuertit, et transtulit ab indignatione ad
 benedictionem, hoc est, a voluntate ledendi ad
 voluntatem ferendi, secundum illud apostoli:
 Deus operatur in uobis et uelle, et unquid homines,
 Dei, qui hoc scripserunt, immo ipse spiritus Dei,
 quo auctore per eos ista conscripta sunt,
 oppugnavit liberum hominis arbitrium?
 Absit: sed omnipotentis in omnibus et iudicium
 iustissimum, et auxiliium misericordissimum
 commendavit.

Feria VI.

Lectio I.

De libro Esther. cap. 4.

Intrauit rex et Aman, ut liberent eam
 regina. Dixitque ei rex etiam secundum die,
 postquam uino in caluerat: que est petitio
 tua Esther, ut detur tibi? et quid uis fieri?
 etiam si dimidiam partem requireris,
 impetrabis. Ad quem illa respondit: si in oculis
 gratiam in oculis tuis, o rex, et si tibi placet,
 dona mihi animam meam, pro qua rogo, et
 populum meum, pro quo obsecro. Traditi
 enim sumus ego et populus meus, ut conteramur,
 iugulemur et pereamus, atque utinam in
 seruos et famulas uenderemur! spectabile
 malum, et gemens lacorem: nunc autem hostis
 noster est, cuius crudelitas redundat in regem.
 Respondensque rex ad uerum ait: quis est iste,
 et cuius potentia, ut hoc audeat facere?
 Dixitque Esther: hostis et inimicus noster
 respicimus iste est Aman. quod ille audiens,
 illico obstupuit, uultum regis et regine
 terre non sustinens. 9. Rex autem iratus

Surrexit, et de loco convivii intravit in
hortum arboribus consiliis. Aman quoque
surrexit, ut rogaret Esther reginam pro
anima sua; intellexit enim a rege sibi
paratum malum. Qui cum reversus esset
de hortu nemoribus consilio, et intrasset
convivii locum, reperit Aman super lectulum
corruisse, in quo iacebat Esther, et ait: etiam
reginam vult opprimere, me prescete, in
domo mea. & ceterum verbum de ore regis
exierat, et statim operuerunt faciem eius.
Dixitque Harbana, unus de eunuchis, qui
stabant in ministerio regis: en lignum, quod
paraverat Mardocheo, qui locutus est pro
rege, stat in domo Aman, habens altitudinis
quingenta cubitos. Cui dixit rex: appendite
eum in eo. Suspensus est itaque Aman in patibulo,
quod paraverat Mardocheo: et regis ira quiescit.
R. R. ex II. cl. d. Dominica procedentis.

Lectio II.

Ex libris officiorum sancti Ambrosii Episcopi.

l. D. cap. 21. 22.

Esther regina, ut populum suum periculo exueret,
quod erat decorum atque honestum, mortem se
obtulit, nec inimicis regis trepidavit furorē.
Ipse quoque rex Persarum ferocis atque tumido
corde, tamen decorum indicavit, iudicii infi-
diciarum, quo sibi parate forent gratiam
reprosecutur, populumque liberum a servi-
tute eripere, eruere neci, nec parcere ei,
qui tam indecora suscipet. Denique quem
secundum a se ac principum inter omnes
amicos haberet, cruci tradidit, quod deho-
nestatum se eius fraudulenti consiliis
animadvertisset. - Ea enim amicitia probabilis,

quo honestatem ductur, preferenda sane opi-
bus, honoribus, potestatibus: honestati vero
preferri non solet, sed honestatem sequi. Num-
quid preponderare debet amicitia religioni,
preponderare charitati civium? In his ta-
men ipsis rebus requirenda est veritas testi-
monii, ne amicus appellatur amici perfidia,
cuius fide absolvi debeat. Amicus itaque neque
noxi gratificari debet, neque nocenti infi-
dari. Sane si necesse sit dicere testimonium,
si quid in amico vitii cognoverit, corrigere
secrete; si non audierit, corrigere palam. Sunt
nim bono correptiones, et plerumque meliores,
quam tacita amicitia.

Sabbato.
Lectio I.

De libro Esther. cap. 8.

Die illo dedit rex Assuerus Esther regina
domum Aman adversarii Iudeorum, et
Mardocheus ingressus est ante faciem regis.
Conspexa est enim ei Esther, quod pater patris
fuit. Tulitque rex annulum, quem ab Aman
recipi iussit, et tradidit Mardocheo. Esther
autem constituit Mardocheum super domum
hanc. & ceteris his contenta prociuit ad pedes
regis, flevitque, et locuta ad eum oravit, ut
malitiam Aman agazito, et machinationes
eius pessimas, quas excogitaverat contra Iudeos,
iuberet irritas fieri. At ille ex more septimum
curcum protendit manu, quo signum demostia
monstrabatur. 9. Illa confurgens stetit ante
eum, et ait: si placet regi, et si invenigra-
tionem in oculis eius, et deprecatio mea non ei videatur
pe contraria, obsecro, ut novis epistolis veteres
litteras, insidiatore et hostis Iudeorum,
quibus eos incumbis regis provinciis perire

proceperat, corrigantur. quomodo enim
 potere sustinere necem et interfectionem
 populi mei? Responditque rex Assuerus
 Esther regina et Harдохas iudeo: scribite
 iudeis, sicut vobis placet, regis nomine signantes
 litteras annulo meo. Apud omnes (autem)
 populos, urbes atque provincias, quocumque
 regis iura veniebant, mira exultatio, opul-
 atque convivium, et festus dies: in tantum, ut
 plures ac terius gentis et secte eorum religioni
 et ceremoniis iungerentur. grandis enim
 auctos iudaici nominis terror invaserat.
 R. R. ex III. et III. Dominio precedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Ambrosii episcopi.

l. de Elia et ieiunio. cap. 9.

Bibebant vinum in ebrietate potentes, qui
 Holoferni principi militis regis assyriorum
 se tradere gestiebant: sed non bibebat femina
 Judith, ieiunans omnibus diebus viduitatis
 suae, praeter festorum dierum solemnitates.
 His armis munita procepit, et omnem
 assyriorum circumvenit exercitum. Sobrii
 vigore consilii abstulit Holofernis caput,
 servavit pudicitiam, victoriam reportavit.
 Hoc enim succintha ieiunio in castris
 praestendebat alienis: ille vino sequebatur, ut
 ut ieiunium vulneris sentire non posset. Haec
 unius mulieris ieiunium innumeros
 stravit exercitus ebriorum. Esther quoque
 pulchrior facta est ieiunio; Dominus enim
 gratiam sobrii mentis auget. Connegens
 suum, id est, totum populum iudeorum a
 persecutionis acerbitatibus liberavit, ita
 ut regem sibi sacrorum esse subiectum, non

libidinis ardore flammatum, sed caelesti
miseratione conversum: ita ut et poena
retorqueretur in impium, et honor sacris
redderetur altaribus. Et haec illa, quotiduo
ieiunavit continuo, et corpus suum aqua
lavit, plus placuit, et vindictam retulit.
Aman autem dum se regali iactat convivio,
inter ipsa vina poenam suae ebrietatis
resolvit. Ergo ieiunium reconciliationis
sacrificium, virtutis incrementum, quod
secit etiam feminas fortiores augmen-
tatio.

Ad Vesperas Duplex.

De Magnif. ant. Exaudiet Dominus oratio-
nes vestras, et reconciliabit vobis: et non vos
deserat in tempore malo. 2. Mach. i.

Oratio Saur. Gelas.

largire, quosumus, Domine, fidelibus tuis
indulgentiam placatus et pacem: ut pariter
et omnibus munden tur offensis, et secura
tibi mente deserviant. Or. Dominum.

Dominica XX. post Pentecosten.

Duplex maior. 12. lect.

In I. et nocturno.

Lectio I.

De Libris e Naubaborum.

l. j. cap. j.

In diebus illis exierunt ex Israel filii
nigri, et suaserunt multis, dicentes:
vamus et disponamus testamentum cum
enitibus, quo circa nos sumus: quia ex quo
cepimus ab eis, invenerunt nos multa
mala. Et bonus visus est sermo in oculis
eorum. Et destinaverunt aliqui de populo,
labierunt ad regem (Antiochum), et dedit

illis potestatem, ut facerent iustitiam gen-
tium. Et edificaverunt gymnasium in
Ierosolymis secundum leges nationum. Et
fecerunt sibi preputia, et receperunt testa-
mento sancto, et iuraverunt nationibus,
et venundati sunt, ut facerent malum.
R. Intravit rex in sanctificationem cum
superbia, et accepit aetate aureum, et
universa vasa, et comminuit omnia, et
fecit eodem hominum; * et factus est
placatus magnus in Israel. V. Deus
venerunt gentes in hereditatem tuam,
polluerunt templum sanctum tuum. * et.
i. Mach. i. Cf. 78.

Lectio II.

Et scripsit rex Antiochus omni regno suo,
ut deseret omnis populus unus, et reliqueret
unusquisque legem suam. Et conserunt
omnes gentes secundum verbum regis an-
tiochi: et multi ex Israel conserunt serui-
tuti eius, et sacrificaverunt idolis, et coin-
quina verum sabbatum. Et misit rex libros
per manus multorum in Ierusalem, et
in omnes civitates Iuda, ut sequerentur
leges gentium terrae, et prohiberent holo-
causta et sacrificia, et placationes fieri in
templo Dei, et prohiberent celebrari sab-
batum et dies solennes: et iussit coinqui-
nari sancta, et sanctam populum Israel.
Et quicumque non fecissent secundum ver-
bum regis Antiochi, morerentur.
R. Sanctificatio Ierusalem deserta efficitur
solitudo, * dies festivi conversi sunt in
luctum, sabbata eius in opprobrium, ho-
nores eius in nihilum. V. Sancta contami-
nata sunt, et sacerdotes facti sunt in luctum.

Lectio III.

Secundum omnia verba hoc scripsi omni
regno suo: et proposuit principes populo,
qui hoc fieri cogerent. Et in peruersis civitati-
bus iuda sacrificare. Et congregati sunt mul-
ti de populo ad eos, qui dereliquerunt legem
Domini, et fecerunt mala super terram: et
effugerunt populum israel in abditis, et
in absconditis fugitivorum locis. (Et) edifi-
cavit rex Antiochus abominandum idolum
desolationis super altare Dei, et per uni-
versas civitates iuda in circuitu edifi-
caverunt aras: et ante ianuas domorum,
et in plateis incendebant thura, et sacrifi-
cabant: et libros legis Dei combusserunt
qui, scienderent: et apud quemcumque in-
veniebantur libri testamenti Domini, et
unicumque observabat legem Domini scun-
dum edictum regis trucidabant eum.

¶ Pro peccatis nostris hoc patimur: * et si
vobis propter correctionem Deus noster me-
diam iratus est, sed iterum reconciliabitur
servis suis. ¶ Persecutionem patimur,
sed non derelinquimur, deiciimur, sed non
verimur. * et si. 2. Mach. 7. 2. Cor. 4.

Lectio IV.

In virtute sua faciebant hoc populo israel,
qui inveniebantur in omni mense et mense
in civitatibus. Et quinta et vigesima die
mensis sacrificabant super aram, que erat contra
altare. Et mulieres, que circumcidebant
filios suos, trucidabantur secundum iussum
regis Antiochi, et suspendebant pueros a
cruicibus per universas domos eorum: et
eos, qui circumciderant eos, trucidabant.

Et multi de populo Israel defecerunt apud
 se, ut non manducarent immunda: et ele-
 gerunt magis mori, quam cibis conquinari
 immundis: et noluerunt infringere legem
 Dei sanctam, et trucidati sunt. Et facta est
 ira magna super populum valde.

R. Dixit Mathathias: ego et filii mei, et
 fratres mei obedimus legi patrum nostro-
 rum: * propitius sit nobis Deus: non est
 nobis utile relinquere legem et iustitias
 Dei. V. Absit a nobis hoc scelus, ut receda-
 mus a Domino, et eius vestigia relinqua-
 mus. * propitius. V. gloria. * propitius.
 i. Mach. 2. Jos. 22.

In II. octavo.

Lectio V.

Ex libro sancti Cypriani Episcopi et
 Martyris de oratione Dominica.

Adimus (in oratione Dominica) et dici-
 mus: Fiat voluntas tua sicut in caelo et
 in terra: non ut Deus faciat quod vult, sed ut
 nos facere possimus quod Deus vult. Voluntas
 autem Dei est, quam Christus et fecit et docuit:
 humilitas in conversatione, stabilitas in
 fide, verecundia in verbis, in factis iustitia,
 in operibus misericordia, in moribus disci-
 plina: iniuriam facere non posse, et fac-
 tam posse tolerare: cum fratribus pacem
 tenere; Deum toto corde diligere; amare in
 illo quod pater est, timere quod Deus est; Christo
 nihil omnino proponere, quia nec nobis
 quidquam ille proposuit: charitati eius se
 inseparabiliter adhaerere; cruce eius forti-
 ter ac fidenter asistere: quando de eius no-
 mine et honore certamen est, exhibere in

sermone constantiam, quo confitemur, in
 questione fiduciam qua congregamur, in
 morte patientiam qua coronamur. Hoc est
 coherentem Christi ope velle, hoc est, preceptum
 Dei facere, hoc est voluntatem patris adimplere.
 R. Melius est nos mori in bello, quam videre
 mala gentis nostrae et sanctorum. & sicut
 autem fuerit voluntas in caelo, sic fiat.
 V. Confortamini et non dissolvantur ma-
 nus vestrae; erit enim merces operi vestro.
 & sicut. J. Math. 13. 2. Baral. 13.

Lectio VI.

Fieri autem petimus voluntatem Dei
 et in caelo et in terra, quod utrumque
 ad consummationem nostrae incolumitatis
 pertinet et salutis. Nam cum corpus et terra,
 et spiritum possideamus e caelo, ipsi terra et
 caelum sumus, et in utroque, id est, et cor-
 pore et spiritu ut Dei voluntas fiat oramus.
 Est enim inter carnem et spiritum collucta-
 tio, et discordantibus adversus se invicem
 quotidiana congregio, ut non quo volumus
 ipsa faciamus, dum spiritus caelestis et divi-
 na quoritur, caro terrena et secularia concupis-
 cit: et ideo petimus impense inter duo ista
 ope et auxilio Dei concordiam fieri: ut dum
 et in spiritu et in carne voluntas Dei geritur,
 quo per eum renata est anima servetur.
 R. Deus noster magne, fortis et terribilis,
 ne avertas a facie tua omnem laborem,
 qui invenit nos: & iustus es in omnibus, quae
 venerunt super nos, nos autem in piecimus.
 V. Deristi nos tanquam oves escharum, et in-
 tentibus dispersisti nos. & iustus. 2. Esq. 9. Ps. 43.

Lectio VII.

Procedente oratione postulamus dicimus:
panem nostrum quotidianum da nobis
hodie. quod potest spiritaliter et simpli-
citer intelligi, quia et uterque intellectus
utilitate divina proficit ad salutem. etiam
panis vitæ Christus est, et panis huius omnium
non est, sed noster est. Hunc autem panem
dari nobis quotidie postulamus, ne qui in
Christo sumus, et Eucharistiam quotidie ad
cibum salutis accipimus, intercedente aliquo
graviore delicto dum abstanti et non com-
municantes a caelesti pane prohibemur,
a Christi corpore separemur, ipso predicante
et monente: Ego sum panis vitæ qui de
caelo descendi; si quis ederit de meo pane,
vivet in æternum. quando ergo dicit, in æ-
ternum vivere, si quis ederit de meo pane,
ut manifestum est eos vivere, qui corpus eius
attriunt et Eucharistiam iure communica-
tionis accipiunt: ita contra timendum est
et orandum, ne dum quis abstanti separa-
tur a Christi corpore, procul remaneat a salute.
Et ideo panem nostrum, id est, Christum dari nobis
quotidie petimus, ut qui in Christo manemus
et vivimus, a sanctificatione eius et corpore
non recedamus.

R. Ecce nationes convenerunt adversum nos,
ut nos disperdant. * quomodo poterimus sub-
sistere ante faciem eorum, nisi tu Deus ad-
iuvet nos? V. Salva nos Deus salvator noster,
et congrega nos, et erue de gentibus. *
quomodo. i. Nauch. 5. i. Barab. 16.

Lectio VIII.

Est vero et sic intelligi, ut qui seculo renun-
tiavimus, et divitiarum et pompas fide

gratia spiritualis abiecerimus, cibum nobis
 tantum petamus et vitulum; quando nisthual
 dominus et dicit: qui non renuntiat omnibus
 que possidet, non potest meus discipulus esse.
 qui autem Christi cepit esse discipulus, secundum
 magistri sui vocem renuntians omnibus, dicitur
 num debet cibum petere, nec in longum
 desideria petitionis extendere, ipse iterum domi-
 no prescribente et dicente: noli te in crastinum
 cogitare, crastinus enim dies ipse cogitabit sibi:
 sufficit diei malitia sua. Merito ergo Christi
 discipulus vitulum sibi in diem postulabat, qui
 de crastino cogitare prohibetur: quia et con-
 trarium sibi sit et repugnans, ut quoramus
 in seculo diu vivere, qui petimus regnum dei
 vel scilicet ad venire.

Et esse timueritis multitudinem eorum,
 et impetum eorum ne formidetis: * memento
 te qualiter salui facti sunt patres nostri.

Et in te domine speraverunt patres nostri,
 et liberaisti eos; ad te clamaverunt, et salui
 facti sunt. * memento te. vi. gloria. & memento te.

1. Mach. 11. Ps. 21.

In III. nocturno.

Lectio IX.

De Epistola beati Pauli apostoli ad
 Hebræos. cap. 11.

Timeamus, ne forte relicta sollicitudine
 introcundi in requiem eius, existimetur
 aliquis ex vobis desere. Etenim et nobis nun-
 tiatum est, quemadmodum et illis: sed non
 profuit illis sermo auditus, non admissus fidei
 ex his qui audierunt. Ingreдемur enim in
 requiem, qui credidimus, quemadmodum dixit:
 hinc iuravi in ira mea, si introibunt in

requiem meam; et quidem operibus ab in-
structione mundi perfectis. Dixit enim in quodam
loco de die septima: et requievit Deus die sep-
tima ab omnibus operibus suis. Et in isto versum:
si introibunt in requiem meam.

R. Dixit et Matthathias filiis suis: nunc confor-
tata est superbia, et castigatio, et tempus cor-
tionis: * nunc ergo * amulatores estote legis,
et date animas vestras pro testamento pa-
trum vestrorum. *V.* Confortamini filii,
et viriliter agite in lege; quia in ipsa gloriifi-
cabitur. * amulatores. *j. Mach. 2.*

Lectio X.

Quoniam ergo superest introire quoddam
in illam, et ii, quibus prioribus annuntia-
tum est, non introierunt propter increduli-
tatem; iterum terminat diem quendam,
Hodie, in David dicendo, post tantum tempus,
sicut supra dictum est: hodie si vocem eius
audieritis, nolite obdurare corda vestra.
etiam si eis Jesus requiem prestisset, num-
quam de alia loqueretur post hanc diem. Itaque
relinquitur sabbatismus populo Dei. Qui
enim ingressus est in requiem eius, etiam ipse
requievit ab operibus suis, sicut a suis Deus.
Festinemus ergo ingredi in illam requiem,
ut ne in idipsum quis incidat increduli-
tatis exemplum.

R. Illi quidem armis confidunt et audacia,
* nos in omnipotente Domine, qui potest
et venientes adversum nos et universum
mundum uno nutu delere, confidimus.
V. Haec est victoria, que vincit mundum,
fides nostra. * nos. *2. Mach. 8. j. Joan. 5.*

Lectio XI.

liuus est enim sermo Dei et efficax, et penetra-
bilior omni gladio ancipiti, et pertingens usque
ad divisionem animi ac spiritus, compagum
quoque ac medullarum, et discretor cogitatio-
num et intentionum cordis. Et non est ulla
creatura invisibilis in conspectu eius: omnia
autem nuda et aperta sunt oculis eius, et
quem nobis sermo. Habentes ergo Pontificem
magnum, qui penetravit caelos, Jesum Fi-
lium Dei, teneamus confessionem. Non enim
habemus pontificem, qui non possit compati
infirmis et debilibus nostris; tentatum autem
per omnia pro similitudine absque peccato.

¶ Surrexerunt Machabeus, et adiuvabant
eum fratres eius: et proliabantur prolium
Israel cum Letitia, et repulsi sunt inimici,
et directa est salus. 1. Per fidem operati sunt
iustitiam, fortes facti sunt in bello; castra
verterunt exterorum. * et. i. Mach. 5. Hebr. ii.

Leitio XII. cap. 5.

De quo nobis grandis sermo et ininterpreta-
bilis ad dicendum: quoniam imbecilles facti
estis ad audiendum. Et enim cum deberetis
magistri esse propter tempus, rursus indige-
tis, ut vos doceamini, quae sint elementa
sermonum Dei: et facti estis, quibus
lacte opus sit, non solido cibo. Omnis enim,
qui lactis est participans, expertus est sermonis
iustitiae; parvulus enim est. Perfectorum
autem est solidus cibus, eorum, qui pro
consuetudine exercitatos habent sensus,
ad discretionem boni ^{ac} mali.

¶ pro Dominica. Seraphim clamabant
reter ad alterum: * Sanctus, sanctus, sanctus
Dominus Deus exercituum: et plena est

omnis terra gloria eius. V. Tres sunt, qui
testimonium dant in caelo, Pater, verbum
et Spiritus sanctus: et hi tres unum sunt.
* Sanctus. V. gloria. * plena. Ps. 6. 1. ps. 5.

Q. infra hebdomadam. Rediit ad agni-
tionem sui (antiochus) ait: iustum est sub-
ditum esse Deo, et mortalem non paria
Deo sentire: * orabat huius sceleris Dominum,
a quo non esset misericordiam consecuturus.
V. et non invenit penitentis locum, quam-
quam cum lacrymis inquisisset eam. *
orabat. V. gloria. * orabat. 2. Mach. 9.
Hebr. 12.

Sequentia sancti Evangelii secundum
Joannem. cap. 4.

In illo tempore: Erat quidam regulus,
cuius filius infirmabatur Capharnaum.
Huius cum audisset, quia Iesus adveniret a
Iudea in Galileam, abiit ad eum, et rogabat
eum, ut descenderet et sanaret filium
eius; incipiebat enim mori. Dixit ergo Je-
sus ad eum: nisi signa et prodigia videritis,
non creditis. Dicit ad eum regulus: Domine
descende, priusquam moriatur filius meus.
Dicit ei Iesus: vade, filius tuus vivit. Credit
homo sermone, quem dixit ei Iesus, et ibat.
Jam autem eo descendente, servi occurrunt
ei, et nuntiaverunt dicentes: quia filius
eius vivit. Interrogabat ergo eorum ab-
sque, in qua melius habuerit. Et dixerunt ei:
quia hori hora septima reliquit eum fobis.
Cognovit ergo pater, quia illa hora erat, in
qua dixit ei Iesus: filius tuus vivit; et cre-
didit ipse et domus eius tota.

Ad penda. ant. Dicit Iesus regulo: vade

filii eius vivit: & credidit homo sermone,
quem dixit ei Iesus: et ibat. Joan. 4.

Ad Magnif. aut. Cognovit pater, quia illa
hora erat, in qua dixit ei Iesus: filius tuus vivit: &
et credidit ipse, et domus eius tota. Joan. 4.

Teria II.

Lectio I.

De libris Machabeorum.

l. 1. cap. 2.

In diebus illis surrexit Mathathias, et
circumcidit (ipse) et amici eius, et destruxerunt
eras; et circumciderunt pueros incircumcisos,
quos quos invenerunt in finibus israel.
Et in fortitudine persecuti sunt filios superbia,
et prosperatum est opus in manibus eorum.
et obtinuerunt legem de manibus gentium,
et de manibus regum, et non dederunt conu-
rsatori. & Et appropinquaverunt dies Ma-
thathie moriendi, et dixit filiis suis: nunc
infortalata est superbia et castigatio, et tem-
pus eversionis, et ira indignationis. Et nunc
ergo, o filii, amulatores estote legis, et date
animas vestras pro testamento patrum vestro-
rum: et memento te operum patrum, que
fecerunt in generationibus suis: et accipie-
tis gloriam magnam et nomen eternum.
¶ Cogitate per generationem et generatio-
nem, quia omnes, qui sperant in eum, non
infirmitur. Et a verbis viri peccatoris ne ti-
mueritis: quia gloria eius stercus est, et vermis
est: hodie exaltatur, et eras non invenietur.
quia conversus est in terram suam, et cogitatio
eius perit. Vos ergo filii confortamini, et
viriliter agite in lege, quia in ipsa gloriosificati.
¶ Neve Simeon frater vester scio, quod vir

consiliū est: ipsum audite semper, et ipse erit
vobis pater. * Et Judas effrahabens fortis
viribus a iuventute sua, sit vobis princeps
militie, et ipse agat bellum populi. Et ad-
ducelis ad eos omnes fratres legis, et vindicate
vindictam populi vestri. Et tribuite re-
tributionem gentibus, et intendite in pro-
ceptum legis. Et benedixit eos, et adpositus
est ad patres suos.

Ep. ex I. Oct. Dominica procedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Cypriani Episcopi et Martyris.

Epist. 67.

Non vos moveat, fratres dilectissimi, si quod
quoddam in novissimis temporibus aut lubrica
fides nuda, aut Dei timor apud irreligiosos
vacillat, aut pacifica concordia non perseverat.
Pronuntiata sunt hoc futura in seculi fine;
et Domini voce atque apostolorum contesta-
tione predictum est, deficiente iam mundo,
atque adpropinquante antichristo, bona que
deficere, mala vero et adversa proficere.
Non sit tamen, quamvis novissimis temporibus,
in Eulogia Dei aut evangelicis vigor cecidit,
aut christiano virtutis aut fidei robur e-
languit, vel non super sit portio sacerdotum,
que minime ad has rerum ruinas et fidei
naufragia succumbat. sed fortis et stabilis
honorem divino maiestatis et sacerdotalem
dignitatem plena timoris observantia tueri-
tur. Meminimus, et tenemus, succumben-
tibus licet et cedentibus ceteris, Nathalthiam
legem vindicare fortiter. Vidit, vel prova-
ricatorum numerus vel proditorum, qui
nunc in Eulogia contra Eulogiam surgere, et
fidem pariter ac veritatem labefactare ope-
runt. Permanet apud plurimos sincera mens,

114.
Et religio integra, et non nisi Domino Deo pro
anima deuota, nec christianam fidem aliena
perfidia deprimat ad ruinam, sed magis excitat
et exaltat ad gloriam. Quia (autem) saluū serui,
et maxime sacerdotes Dei facere debemus, nisi
et humanos errores, et mendacia relinquamus,
et precepta dominica custodientes in Dei veri-
tate maneamus?

Feria III.

Lectio I.

De libris Machabeorum.

l. i. cap. 3.

Surrexit Judas, qui vocabatur Machabeus, fi-
lius (Matthias) pro eo. Et adiurabant eum
omnes fratres eius, et universi, qui se coniunxe-
rant patri eius, et praelibantur praelium Israel
cum latibus. Et dilatavit gloriam populo suo,
et induit se loriam sicut gigas, et succinxit se
arma bellica sua in praelio, et protegēbat castra
suo. Similis factus est leoni in operibus
suis, et sicut catulus leonis rugiens in venatione.
 Et persecutus est iniquos persequens eos; et
ini conturbabant populum suum, eos succendit
clamoribus. Et repulsi sunt inimici eius pro ti-
more eius, et omnes operarii iniquitatis contur-
bati sunt: et directus est salsus in manu eius. Et
exacerbabat reges multos, et laudificabat Jacob in
versibus suis, et in seculum memoria eius in
benedictione. Et perambulavit civitates Iuda,
et perdidit impios ex eis, et averdit iram ab
Israel. Et nominatus est usque ad novissimum
anno, et congregavit pereuntes. ¶. Ut autem
viderunt exercitum venientem sibi obviam,
ixerunt Iudei: quomodo poterimus pauci pug-
nare contra multitudinem tantam, et tam
intem, et nos fatigati sumus ieiunio hodie!

Et ait Judas: facile est concludi multos in manus paucorum, et non est differentia in conspectu Dei caeli liberare in multis et in paucis: quoniam non in multitudine exercitus victoria belli, sed de caelo fortitudo est. & ipsi veniunt ad nos in multitudine contumacia et superbia, ut disperdant nos et uxores nostras, et filios nostros, et ut possint nos: nos vero pugnabimus pro animabus nostris et legibus nostris: et ipse Dominus conteret eos ante faciem nostram: vos autem ne timueritis eos, ut cepavit autem loqui, insiliit in eos subito, et contritus est seron et exercitus eius in conspectu ipsius.

Ps. cxii. et ad. Dominico precedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.
in Psal. 113.

Machabei, cum invasisset Judaeam Antiochus qui dicitur est Epiphanes, et omnia devotisset, et multos, qui tunc erant, a patris institutis resilire coegisset, permanserunt illesi ab illis tentationibus. Et quando grave quidem bellum impuebant, nec quivquam populi facere, quod prodesset, se abscondebant: nam hoc quoque fecerunt apostoli. Postquam autem parum respirarunt, tanquam generosi quidam cubili ex antris exilientes, se e latebris emergentes, statuerunt se non amplius solos servare, sed alios etiam quoscumque populi: et civitatem et omnem regionem obcuntes collegerunt, quotquot invenerunt adhuc sanos et integros: et multos etiam, qui laborabant et corrupti erant, in statum pristinum redegerunt, suis persuadentes redire ad legem patriam. Cum

enim dicebant esse benignum et clementem,
nec unquam adimere salutem, qua profici-
unt ea poenitentia: hoc autem dicentes habue-
runt delictum fortium virorum. Non enim
pro uxoribus, liberis et ancillis, patrioque
euerfione et captiuitate, sed pro lege et patria
republica pugnant. Eorum autem dux
erat Deus. Cum ergo aieum dirigerent, et suas
animas prodigerent, fundebant aduersarios
non armis fidentes, sed loco omnis armature
pugna causam sufficere ducentes.

Toria IV.

Latio I.

De libris Machabeorum.

l. 2. cap. 6.

Elazarus unus de primariis scribarum vir
tate procerus et omni decorus, apertore hinc
compellebatur carnem porcinam manducare. At
ille gloriosissimam mortem magis quam odibi-
lem vitam complectens, voluntarie preibat ad
supplicium. Inueniens autem quem ad modum opor-
eret accipere, patienter sustinens, destinavit non
mittere illicita propter vite amorem. * Hi
autem, qui assabant, iniqua miseratione commoti
propter antiquam viri amicitiam, stultiter enim
curato rogabant offerri carnes, quibus vesci ei
dicebat, ut simularetur manducare, sicut rex
imperaverat, de sacrificiis carnibus, ut hoc facto a
morte liberaretur: et propter veterem viri amicitiam
hanc in eo faciebant humanitatem. g.
Uille cogitare cepit et latis ac enectibus suis omni-
sentiam dignam, et ingenite nobilitatis can-
idus, et secundum sancto et a deo condito legis
instituta respondit cito, dicens, praemitti se

velle in infernum. Non enim et tibi nosse dignum est, inquit, fingere, ut multi adolescentium, arbitantes Eleazarum nonaginta annorum transire ad vitam alienigenarum, et ipsi propter meam simulationem et propter medicorum corruptibilis vite tempus decipiantur, et per hoc maculam, atque execrationem mea senectuti conquirant. * Etiam etsi in presenti tempore supplicium hominum eripiar, sed manum omnipotentis nec vivis nec defunctis effugiam. Quam obrem fortiter vita excedendo, senectute quidem dignus apparebo. Adolescentibus autem exemplum forte relinquam, si pro voto animo ac fortiter pro gravissimis ac sanctissimis legibus honesta morte perfungar. His diis confestim ad supplicium trahebatur.

Reg. ex III. ab ob. Lominice procedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii Nazianzeni.

Orat. 22.

Quinam Machabei fuerint, quaque primum ex institutione atque doctrina in tantam virtutis frugem gloriamque pervenerint, per spem liber ille declarat, qui rationem animi perturbationibus imperare docet, in cuiusque arbitrio esse, ut in utramvis partem, hoc est, vel ad virtutem vel ad vitium propendamus. Nam libri illius auctor cum pleraque alia testimonia, tum horum quoque dimicationes in huius argumenti confirmationem attulit. Et mihi vero hoc tantum commemorare sufficit. Eleazarus primus eorum, qui ante Christum populi sumus, quem ad modum post Christum Stephanus, sacerdos et senex, canus capillis, canus et prudentia, prius quidem pro populo sacrificabat et orabat. Tandem autem et semetipsum hostiam obtulit Deo perfectissimam, et totius populi expiatriam, faustum certa-

minis initium, in quod loquens pariter actum,
cohortabatur. obtulit autem et filios septem,
suo fructus disciplinae, hostiam viventem, san-
ctam, Deo placentem, omni legali sacrificio plea-
riorem et puriorem: quo sunt enim filiorum,
ad patrem referri aequipinam ac iustissimum
est.

Seria V.

Lectio I.

De liberis et Machabeorum.

l. 2. cap. 7.

Contigit autem et septem fratres unacum
matre sua apprehensos compelli a rege, edere
contra fas carnes porcinas, flagris et Mauri
ruccialos. Unus autem ex illis, qui erat primus,
hic ait: quid queris, et quid vis discere a nobis?
parati sumus mori magis, quam patrios dei
leges provaricari. * Fratrus itaque rexius
et sarlagines et ollas oncas suaveri: quibus
latim suensis insit ei, qui prior fuerat
locutus, amputari linguam, et cute capitis
abstrata summas quoque manus et pedes ei
rescindi, ceteris eius fratribus et matre
inspicientibus. Et cum iam per omnia
inutilis factus esset, insit ignem admoveri,
et adhuc spirantem toreri in sarlagine:
in qua cum diu cruciaretur, ceteri unacum
matre invicem se hortabantur mori fortiter,
dicentes: Dominus Deus afficiet veritatem,
et consolabitur in nobis; quem ad modum
in protestatione cantici declaravit Moyses:
et in servis suis consolabitur. g. Et tunc
itaque illo primo, hoc modo sequentem
educabant ad illudendum: cute capitis
eius cum capillis abstrata, interrogabant,
in mundu caret prius, quam toto corpore

Propr. de Tempore. 16.

B. A.

121.

per membra singula puniretur. At ille
 respondens patria voce dixit: non faciam.
 Propter quod et iste sequenti loco primum tamen
 ea suscipit, et in ultimo spiritum constitutus
 sic ait: tu quidem sceleris ipse in presenti vita
 nos perdis. sed Rex mundi defunctos nos pro
 suis, legibus in eterna vita resurrectione
 suscitabit. * Post hunc tertius illuditur,
 et linguam postulaturo cito protulit, et manus
 constanter extendit, et cum fiducia ait: caelo
 ista possideo, sed propter Dei leges hoc ipsa
 despicio, quoniam ab ipso me ea recipiturum
 spero: ita ut rex, et quicum ipso erant, mira-
 rentur adolescentis animum, quod tanquam
 nihilum duceret cruciatus.

R. R. ex I. et Oct. Dominicae precedentis.

Lectio II.

De sermone sancti Gregorii Nazianzenensis.

Hi fortes et magnanimi filii, nobilissimi matris
 nobiles soboles, alacres veritatis pugiles, an-
 tiochi temporibus sublimiores, sinceri Moysae
 legis discipuli, exalti patrum virtutum
 custodes, numero septem, unum spirantes,
 unum heredantes, unum ad vitam iter, hoc est,
 mortem pro lege Dei oppetendam agnoscentes,
 non minus animis quam corporibus fratres,
 mortis causa inter se omnes, tormenta non
 seu ac thesauros quosdam praecipientes, ac
 pro magistra lege periculum suscipientes:
 ad molea tormenta non magis formidantes,
 quam quo supererant requirentes: unum
 hoc metuentes, ne se plus tyrannus finem
 cruciandi faceret, sique nonnulli ex ipsis

corono exasperes abscederent, atque a fratribus
 iniuri disiungerentur, ac malam victoriam
 referrent; eo videlicet adducti, ut periculum
 esset, ne non cruciarentur. Illi fortis et strenua
 mater, filiorum simul et Dei amans, etque
 ita affecta, ut materna ipsius viscera proter
 nature morem distorquerentur. Non enim
 filiorum, qui supplicio afficiebantur, vicem
 dolebat: verum sollicito atque anxio animo
 erat, ne non ipsis supplicium inferretur. Nec
 eos, qui exasperant, magis desiderabat, quam
 aliquos illis adiungi optabat. Ac de his in
 maiori cura erat, quam de illis, qui iam evite
 migrarant: horum enim dubium atque an-
 xius certamen erat, illorum autem securus cito
 exitus. Atque illos quidem iam Deo commendabat,
 hos autem ut Deus acciperet, laborabat. O viri-
 lem animum in muliebri corpore! o procla-
 rum et admirandum munus.

Feria VI.

Lectio I.

De libris Nauphororum.

l. 2. cap. 4.

hoc ita defuncto quantum vexabant simili-
 ter torquentes. Et cum iam esset ad mortem, sic
 illi: potius est ab hominibus morbi datus spem
 a spectare a Deo, iterum ab ipso resuscitandos:
 tibi enim resurrectio ad vitam non erit. Et
 cum admovissent quantum, vexabant eum.
 Ille respiciens in eum dixit: potestatem inter
 omnes habens, cum sis corruptibilis, facis
 iudicis: noli autem putare genus nostrum a Deo
 de derelictum. Tu autem patienter sustine, et
 videbis magnam potestatem ipsis, qualiter de
 semine tuum torquentur. * Post hunc dicebat
 exitum, et huius mori incipiens sic ait: noli

frustra errare; nos enim propter nosmetipsos
 hoc patimur, peccantes in Deum nostrum, et
 digna admiratione facta sunt in nobis: tu autem
 ne existimes tibi impune futurum, quod contra
 Deum pugnare tenta veris. Supra modum autem
 mater mirabilis, et bonorum memoria digna,
 quo pereuntes septem filios sub unius diei tem-
 pore conspicuous bono animo forebat, propter
 spem, quam in Deum habebat, singulos eo-
 rum hortabatur voce patris fortiter. 9.
 Antiochus autem contemni se arbitrabatur,
 simul et exprobrantis voce despecta, cum adhuc
 adolescentior superpet, non solum verbis hor-
 tabatur, sed et cum iuramento affirmabat, se
 divitem et beatum facturum, et translatum
 a patriis legibus amicum habiturum, dies
 necessarias ei prohiberem. * Sed ad hoc cum
 adolescens nequaquam inclinaretur, vocavit
 rex matrem, et suadebat ei, ut adolescenti fieret
 in salutem. Cum autem nihil eam verbis vel
 hortatus, promissit praesuram se filio suo. Haec
 inclinata ad illum, irridens crudelium tyran-
 num, ait patria voce: fili mi, miserere mei,
 quo te in utero novem mensibus portavi, et
 lac tricenno dedi et alui, et in orationem istam
 perduxi.

Reg. ex II. et Oct. Dominica procedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Augustini episcopi.

Serm. 300.

Nemo dubitet fratres mei, imitari Machabeos;
 ne cum imitatur Manicheos, pudet se non imi-
 tari Christianos. Discant viri mori pro veri-
 tate. Discant feminae de matris illius tanta pa-
 tientia, ineffabili virtute, quo noverat servare
 filios suos. Habere noverat, quo perdere non
 timebat. Isti in se singuli sentiendo, illa vi-
 dendo in omnibus passa est. Facta mater septem

martyrum, septies martyr: a filiis non separata
 spectando, et filius addita moriendo. Videbat omnes,
 amabat omnes. Terebat in oculis, quod in carne au-
 nes, nec solum non terebatur, sed etiam exhortaba-
 tur. Hanc Antiochus persecutor velut matrem de
 ceteris matribus computavit: persuade, inquit,
 filio tuo, ne pereat. Et illa, plane filio meo vitam
 persuadebo ad mortem exhortando: tu mortem vis
 persuadere parcendo. qualis autem allocutio, quam
 pia, quam materna, quam inter spirituales et
 carnales in ambiguo suspensa? Fili miserere mei,
 quo te novem mensibus in utero portavi, qui lac-
 rionio dedi, atque ad hanc statem perduxi: mi-
 lerere mei. Omnes expectabant verba conse-
 nientia: consenti Antiocho, nili deserere matrem
 nam. Illa contra: consenti Deo, noli deserere
 patres tuos. Ibi te habebis, ubi ne perdam velut
 non timebo. Ibi te mihi servabit Christus, unde
 non tollet Antiochus. Deum timuit, matrem
 amavit, regi respondit, fratribus adhaesit, matrem
 haxit.

Sabbato.

Lectio I.

De libris Machabeorum.

l. 2. cap. 7.

Dixit quoque mater: Obo nato, ut aspicias
 ad caelum, et terram, et ad omnia quae visibilia
 et intelligas, quia ex nihilo fecit illa Deus, et ho-
 minum genus: ita fiet, ut non timeas carnificem
 ipsum; sed dignus fratribus tuis effectus par-
 ticipo suscipere mortem, ut in illa miseratione
 cum fratribus tuis te recipiam. * Cum hoc illa
 adhuc diceret, ait adolescens: quem sustinetis?
 non obedi procepto regis, sed procepto legis,
 quo data est nobis per Moysen. Tu vero, qui in-
 ventor omnis malitiae factus es in Hebraeos, non
 effugies manum Dei. Et vos enim pro peccatis vest-
 ris hoc patimur. Et si vobis propter iniquita-
 tionem et correctionem Dominus Deus noster

+ Sime quasi deseris, tunc me non deseris.

modicum iratus est: sed iterum reconcilia-
bitur seruis suis. g. Tu autem o scelestus, et
omnium hominum flagitiosissime, noli
frustra ex tolli vanis spebus in servos eius in-
flammatum. Et nondum enim omnipotentis
Dei et omnia inspicientis iudicium effugisti.
Etiam fratres mei, modico nunc dolore suspen-
datis, sub testamento eterno vitio affecti
sunt: tu vero iudicio Dei iustas superbia
tuo penas exolves. * Ego autem sicut et
fratres mei animam meam et corpus meum
trado pro patriis legibus, invocans Deum
martirius genti nostro propitium fieri,
et que cum tormentis et verberibus confi-
teri, quod ipse est Deus solus. In me vero et
in fratribus meis desinet omnipotentis ira,
quo super omne genus nostrum iuste super-
ducta est. Tunc rex accensus ira in hunc
super omnes crudelius desivit, indigne
ferens se derisum. Et huius itaque mundus
obit, per omnia in Domino confidens. Et
vixit autem post filios et mater consumpta
est.

De H. ex III. et ab. Dominico precedentis.

Lectio II.

De sermone sancti Gregorii ad Adrianum
Hoc commodi ex multiplici sobole cepit mater:
huius et vivis gloriosa est, et cum ipsa diem vitam
ultimum clausit; non ante tamen, quam
quos mundo procreaverat, deo exhibuisset,
doloresque, quos in parturiendo portulerat,
certaminum numero recensuisset, partuumque
seriem et ipsorum morte recognovisset. A pri-
mo enim ad ultimum usque omnes dimi-
carunt, aliusque alii velut in fluctuum
salsatione succedens, virtutis sue specimen

exhibebat, maioremque ad perferendos dolores
 acritatem afferebat, eius nimirum, qui pro-
 sperat, periculis incitatus et exauctus, adeo ut
 tyrannus commode secum agi duceret, quod non
 illuc illa liberos peperisset. Hos igitur et sacer-
 dotes et matres et filios amulemur. Sacerdotes
 quidem in Eleazari spiritualis parentis honorem,
 qui non modo sermone, sed etiam opere quod opti-
 mum erat ostendit ac docuit. Matres autem in
 tenero matris honorem verum amoris erga fi-
 lios argumentum odentes, ac Christo liberos vestros
 exhibentes: ut per huiusmodi sacrificii genus ma-
 ximonio quoque sanctitas comparetur. Filii
 enim sacrosanctos filios reuerentes, atque
 dolescentiam non in turpibus et sedis cupidi-
 tibus, sed in certaminibus adversus animi vitia
 susceptis consumentes, strenueque cum quodvis
 et no nostro antiocho confligentes, qui membris
 omnibus bellum inferit, eaque variis modis per-
 equitur.

Ad Vesperas Duplex.

De Nazareth. ant. Duodecim Prophetarum
 ha pullulent de loco suo: * nam cor oborauerunt
 iacob, et redemerunt se in fide virtutis. Ecdi. 119.

Oratio Sca. Greg.

Familiam tuam, quosumus Domine, continua
 pietate custodi: ut a cunctis adversitatibus
 protegente sis libera; et in bonis actibus
 tuo nomini sis devota. Per Dominum.

Dominica XXI. post Pentecosten.

Duplex maius. 12. lect.

In I. octurno.

Lectio I.

Incipit Osee propheta. cap. 1. 1.

Verbum Domini, quod factum est Osee filium

Deeri, in diebus Ozia, Joatham, Achaz, & Ezechia
regum Juda, et in diebus Jeroboam filii Joas
regis Israel. Audite verbum Domini filii Is-
rael, quia iudicium Domini cum habitato-
ribus terrae: non est enim veritas, et non est
misericordia, et non est scientia Dei in terra.
Maledictum est mendacium, et homicidium
et furtum, et adulterium inundaverunt,
et sanguis sanguinem tetigit. Propter hoc lu-
gebit terra, et infirmabitur omnis, qui habi-
tat in ea, in bestia agri et in volucre caeli:
sed et pisces maris congregabuntur.

R. Non addam ultra misereri domui Israel,
sed oblivione obliviscar eorum: et domui
Juda miserebor, et salvabo eos in Domino Deo
suo. V. Miserebor cui volucro, et clemens
ero in quem mihi placuerit. et. ge. j. Exod. 33.

Lectio II.

Esurunt tamen unusquisque non iudicet,
et non arguatur vir: populus enim tuus
sicut hi, qui contradicunt sacerdoti. Et corruet
hodie, et corruet etiam propheta tecum: nate
tacere feci matrem tuam. Condidit populus
meus, eo quod non habuerit scientiam: quia
tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdos
fungaris mihi, et oblitus es legis Dei tui, obli-
viscar filiorum tuorum et ego. Secundum
multitudinem eorum si peccaverunt mihi,
gloriam eorum in ignominiam commu-
tabo, beata populi mei comedent, et ad
iniquitatem eorum subleventur animas
eorum. Et erit sicut populus sui sacerdos,
et visitabo super eum vias eius, et cogitationes
eius reddam ei.

R. Ut ostenderet Deus divitias gloriae suae in

C. A.

in vasa misericordie, quo preparavit in
 gloriam, & vocavit nos non solum ex Judaeis,
 sed etiam ex gentibus, sicut in Osee dicit. 17.
 Dicam non populo meo: populus meus es tu;
 et ipse dicet: Deus meus es tu. & vocavit.
Rom. 9. Ose. 2.

Lectio III. cap. 5.

Audite hoc sacerdotes, et attendite domus
 Israel, et domus regis auscultate: quia vobis
 iudicium est, quoniam laqueus facti estis
 speculationi, et rete expansum super Thaba.
 Avitimas declinastis in profundum: et ego
 ruditor omnium eorum. Ego scio Ephraim,
 et Israel non est absconditus a me: quia nunc
 fornicatus est Ephraim, contaminatus est Israel.
 Non dabunt cogitationes suas ut revertantur
 ad Deum suum: quia spiritus fornicationum
 in medio eorum, et Dominum non cognove-
 runt. Et respondebit arrogantia Israel in fa-
 cie eius: et Israel et Ephraim ruent in iniqui-
 tate sua, ruet etiam Judas cum eis.

¶ Dies multos sedebunt filii Israel sine rege,
 sine sacrificio et sine altari: et post hoc rever-
 tentur, & et quarent Dominum Deum suum,
 et pavent ad Dominum et ad bonum eius.
 ¶ Si non permanserint in incredulitate,
 inferentur; potens est enim Deus iterum mise-
 rere illos. & et. Ose. 5. Rom. 11.

Lectio IV.

In gregibus suis, et in armentis suis vadent
 inquirendum Dominum, et non invenient.
 Oblatus est ab eis. In Dominum prevaricati
 sunt, quia filios alienos genuerunt: nunc
 execrabit eos mensis cum partibus suis. Ephta-
 im in desolatione erit in die correctionis:
 in tribubus Israel ostendi fidem. Facti sunt

principes Iuda quasi asumentes terminum.
 Super eos effundam quasi aquam iram meam.
 Calumniam patiens est Ephraim, fractus
 iudicio: quoniam cepit abire post sordes. Et
 ego quasi linea Ephraim, et quasi pater do-
 mui Iuda.

¶ Ego quasi nutritius Ephraim portabam
 eos in brachiis meis, et nescierunt, quod
 curarem eos. ¶ Saturati sunt, et levave-
 runt cor suum, et obliti sunt mei. ¶ et
 gloria. ¶ nescierunt. ¶ Ge. ij. et js.

In II. clothurno.

Lectio V.

Ex libro sancti Cypriani Episcopi et
 Martyris de oratione Dominica.

(In hac oratione) et pro peccatis nostris de-
 precamur, dicentes: et remitte nobis debita
 nostra, sicut et nos remittimus debitoribus
 nostris. Post subsidium cibi petitur et venia
 delicti, ut qui a Deo paschitur, in Deo vivat,
 nec tantum presenti et temporali vita, sed
 et eterno consulatur, ad quam venire potest,
 si peccata donentur, quod debita Dominus
 appellat. quam necesse est autem, quam
 providenter et salutariter admonemur,
 quod peccatores sumus, qui pro peccatis rogare
 compellimur: ut dum indulgentia de Deo
 petitur, conscientia suo animus recordetur.
 Ne quis sibi quasi innocens placeat, cum in-
 nocens nemo sit, et se extollendo plus pereat,
 instruitur et doctur, peccare se quotidie, dum
 quotidie pro peccatis iubetur orare.

¶ Quid est Israel, quod in terra inimicorum
 es? in aeternis in terra aliena: et dereliquisti
 fontem sapientiae; nam si in via Dei ambulares,

habitantes utique in pace sempiterna. *Et Sicut*
 et vide, quia malum et amarum est, reli-
 quise te Dominum Deum tuum. *Et dereliquit.*
Dan. 3. Jer. 2.

Lectio VI.

Divinxit plane et addidit legem, certa nos
 conditione et sponsione constringens, ut si
 nobis dimitti debita postulamus, secundum
 quod et ipsi delictoribus nostris dimittimus:
 scientes impetrari non posse, quod pro peccatis
 retinimus, nisi et ipsi circa delictores nostros pa-
 rita fecerimus. Quodcirco et alio in loco dicit: in
 tua mensura mensi fueritis, in eadem me-
 sura uris. Et seruus, qui post dimissum sibi
 Domino omne debitum conseruo suo noluit
 ipse dimittere, in carcerem relegatur, quia in-
 ulgere conseruo suo noluit, quod sibi a Domino
 indultum fuerat, amisit. quod adhuc fortius
 Christus in preceptis suis maiore censura sua
 rigore proponit: cum steteritis, inquit, ad ora-
 tionem, remittite si quid habetis adversus aliquem,
 ut et Pater vester, qui in caelis est, remittat
 peccata vestra vobis: si autem vos non remisistis,
 neque Pater vester, qui in caelis est, remittet
 vobis peccata vestra.

*Et confortentur manus vestre, qui auditis in
 his diebus sermones Prophetarum, et eritis, sicut
 etis, in benedictione gentibus, sicut etis benedictio.*

*Et vos estis filii Prophetarum et testamenti,
 quod disposuit Deus ad patres nostros. et eritis.*
Mat. 23. act. 13.

Lectio VII.

Excusatio tibi nulla in die iudicii superest, cum
 eundem tuam sententiam iudicaris, et quod
 feceris, hoc ipse patiaris. Sacrificios carni et con-
 edes atque unanimes ope in domo sua Deus
 recipit, et quales nos fecit secunda natiuitate,

Tales inest renatos perseverare: ut qui filii Dei
 esse cepimus, in Dei pace maneamus; et quibus
 Spiritus unus est, unus sit et animus et sensus.
 Si nec sacrificium Deo recipit dispendens, et ab
 altari revertentem prius fratri reconciliari
 iubet, ut pacificis precibus et Deo populi esse
 pacatus. Sacrificium Deo maius est, pax nostra
 et fraterna concordia, et de unitate Patris et
 Filii et Spiritus sancti plebs adunata. et sequitur
 enim in sacrificiis, quo Abel et Cain primi
 obtulerunt, munera eorum Deo, sed corda
 intuebatur: ut ille placeret in munere, qui
 placebat in corde. Abel pacificus et iustus dum
 Deo sacrificat innocenter, docuit et ceteros,
 quando ad altare munus offerunt, si venire
 cum Dei timore, cum simplici corde, cum lege
 iustitiae, cum concordia pace.

*Ps. Convertere Israel ad Dominum Deum
 tuum, quoniam corruisti in iniquitate tua.
 * Tollite vobiscum verba et convertimini
 ad Dominum; et dicite ei: omnem aufer
 iniquitatem. V. Vobis est repromissio et
 filius vestris: salvamini a generatione ista
 prava. * Tollite. Os. 14. ad. 2.*

Lectio VIII.

Merito ille, dum in sacrificio Dei talis est, ipse
 post modum sacrificium Deo factus est: ut
 martirium primus ostendens initiaret sangui-
 nis sui gloria Dominicam passionem, qui
 iniustitiam Domini habuerat et pacem.
 Tales denique a Domino coronantur: tales
 in die iudicii cum Domino vindicabuntur.
 Ceterum discordans et dispendens, et pacem
 cum fratribus non habens, secundum quod
 beatus apostolus et scriptura sancta testatur,
 nec si pro nomine Christi occisus fuerit,

crimen dispensationis fraterno poterit evadere;
quia sicut scriptum est: qui fratrem suum
odit, homicida est; nec ad regnum colorum
pervenit aut cum Deo vivit homicida. et non
potest esse cum Christo; qui imitator quidem ma-
luit esse quam Christi. quale delictum est,
quod nec baptismo sanguinis potest abluere?
quale crimen est, quod martyrio non potest
expiari?

¶ Magna dies Domini, et terribilis valde,
quis sustinebit eum? & abunc ergo convertimini
ad Dominum Deum vestrum, quia benignus
et misericors est. V. Venit dies magnus irae
sedentis super thronum et aqua; et quis poterit
stare? & abunc. V. gloria. & abunc. psal. 2. apoc. 6.

In III. octavo.

Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli ad Hebraeos.
cap. 6.

Intermittentes inchoationis Christi sermo-
rem, ad perfectiora feramur, non rursus in-
cipientes fundamentum poenitentiae ab operibus
mortuis, et fidei ad Deum, baptismatum doctri-
na, impositionis quoque manuum, ac resur-
rectionis mortuorum, et iudicii aeterni.

Et hoc faciemus, si quidem permiserit Deus.
Impossibile est enim eos, qui semel sunt il-
luminati, gustaverunt etiam donum caeleste,
et participes facti sunt Spiritus sancti, gusta-
verunt nihilominus bonum Dei verbum,
virtutesque seculi venturi, et prolapsum sunt,
ut renouari ad poenitentiam, rursus tra-
figentes sibi met ipsos filium Dei, et osten-
di habentes.

¶ Venite et revertamur ad Dominum: &
quia ipse copiet et sanabit nos, percussit et

curabit nos, et vivemus in conspectu eius.
 V. Patienter agit, nolens aliquos perire,
 sed omnes ad poenitentiam reverti. & quia.
 Ose. 6. 2. Act. 3.

Lectio X.

Terra enim sepe venientem super se bibens
 imbrem, et generans herbam opportunam illis,
 a quibus colitur, accipit benedictionem a Deo:
 proferens autem semina et tribulos, reproba
 est, et maledicto proxima, cuius consumma-
 tio in combustionem. Confidimus autem de
 vobis dilectissimi meliora et viciniora saluti,
 tametsi ita loquimur. Non enim iniustus Deus,
 ut obliviscatur operis vestri et dilectionis, quam
 ostendistis in nomine ipsius, qui ministratis
 sanctis, et ministratis.

R. Nonne verba mea bona sunt cum eo, qui
 recte graditur: & quia recte via Domini,
 et iusti ambulabunt in eis. V. Universa
 via Domini misericordia et veritas, requi-
 rentibus testamentum eius, et testimonia
 eius. & quia. Mich. 2. ose. 11. Ps. 24.

Lectio XI.

Cupimus autem unumquemque vestrum
 eandem ostentare sollicitudinem ad expletio-
 nem spei usque in finem: ut non seque offi-
 ciamini, verum imitatores eorum, qui fide
 et patientia hereditabunt promissiones.
 Abrahæ namque promittens Deus, quoniam
 neminem habuit, per quem iurare maio-
 rem, iuravit per semetipsum, dicens: nisi
 benedicens benedicam te, et multiplicans mul-
 tiplicabo te. Et si longanimiter ferens adoptus
 est repromissionem. Homines enim per maio-
 rem sui iurant, et omnis controversia eo-
 rum finis ad confirmationem est iura-
 mentum.

R. Populus Sion, plorans nequaquam plora-
bis: & miserans miserebitur tui, ad vocem da-
moris, statim ut audierit, respondebit tibi.
V. Sicut locutus est per os sanctorum, qui a
seculo sunt, prophetarum eius, & miserans.
Ha. 66. Luc. 1.

Lectio XII.

In quo abundantius volens Deus ostendere
sollicitationis hereditibus immobilitatem
consilii sui, interposuit iuramentum: ut per
duas res immobiles, quibus inpropitabile est
mentiri Deum, fortissimum solatium habea-
mus, qui confugimus ad tenendam propositam
rem: quam sicut anchoram habemus animo
firmam ac firmam, et incedentem usque ad
interiora velaminis: ubi praecursor pro nobis
intravit Iesus, secundum ordinem Melchisedech
pontifex factus in aeternum.

R. pro Dominica. Seraphim clamabant alter
ad alterum: & Sanctus, sanctus, sanctus Domi-
nus Deus exercituum: & plena est omnis terra
gloria eius. *V.* Tres sunt, qui testimonium
dant in caelo, Pater, Verbum et Spiritus
sanctus: et hi tres unum sunt. & Sanctus.

R. gloria. & plena. *Ha. 6. 1. Joan. 5.*

R. infra hebdomadam. Laudabitis nomen
Domini Dei vestri, qui fecit mirabilia vobis-
um; et erit: omnis qui invocaverit nomen
Domini salvus erit: & quia in monte Sion, et
in Jerusalem erit salvatio. *V.* Omnis qui credidit
in eum, non confundetur. & quia. *V.* gloria.
Joel. 2. Rom. 9.

Sequentia sancti Evangelii secundum
Matthaeum. cap. 13.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis
parabolam hanc: apimilatum est regnum
celorum homini regi, qui voluit rationem

ponere cum servis suis. Et cum cepisset ratio-
nem ponere, oblatuſ est ei unus, qui debebat
ei decem milia ſalcata. Cum autem non ha-
beret, unde redderet, miſit eum Dominus eius
eius venditari, et uxorem eius et filios, et
omnia qua habebat, et reddi. Prociſſens autem
ſervus ille, orabat eum dicens: patientiam habe
in me, et omnia reddam tibi. Miſerhuſ autem
Dominus ſervi illius, dimiſit eum, et debitum
dimiſit ei. Egreſſus autem ſervus ille, inve-
nit unum de conſervis ſuis, qui debebat ei
centum denarios; et tenens ſuffocabat eum
dicens: redde quod debes. Et prociſſens conſer-
vus eius, rogabat eum dicens: patientiam
habe in me, et omnia reddam tibi. Ille autem
noluit, ſed abiit et miſit eum in carcerem,
donec redderet debitum. Videntes autem
conſervi eius, qui fiebant, conſiſtaſiſunt
valde, et venerunt et narraſerunt Domino
ſuo omnia, qua facta fuerant. Tunc vo-
cavit illum Dominus ſuus, et ait illi: ſer-
ve nequam, omne debitum dimiſi tibi, quo-
niam rogavi me: nonne ergo oportuit et
de miſereri conſervi tui, ſicut et ego tui
miſerhuſ ſum? Et iratus Dominus eius
tradidit eum tortoribus, quoadusque redde-
ret uni verſum debitum. Sic et Pater meus
coeleſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis
unus quiſque fratri ſuo de cordibus veſtris.

Ad Bened. ant. Serve nequam, omne
debitum dimiſi tibi, quoniam rogavi
me: * nonne ergo oportuit et te miſereri
conſervi tui, ſicut et ego tui miſerhuſ ſum? *Matth. 18.*

Ad Magnif. ant. Iratus Dominus tradidit
ſervum tortoribus, quoadusque redderet
uni verſum debitum: * ſic et Pater coeleſtis
faciet vobis, ſi non remiſeritis unus quiſque

Cum sanare vellem Israel, revelata est ini-
quitas Ephraim, et malitia Samarie, quia
operati sunt mendacium, et fur in propositis est
holians, latrunculus foris. Et ne forte dicant,
in cordibus suis, omnem malitiam eorum me
recordatum: nunc circumdederunt eos ad in-
ventiones suas, coram facie mea facti sunt.
In malitia sua edificaverunt regem, et in
mendaciis suis principes. * Omnes calefacti
sunt quasi clibanus, et devoraverunt iudices
 suos: omnes reges eorum ceciderunt, non est
 mihi clamor in eis ad me. Ephraim in populis
 ipse commiscebatur: Ephraim factus est subci-
 vericius panis, qui non revertatur. Comede-
 runt alieni robur eius, et ipse nescivit: sed et
 mi effusi sunt in eo, et ipse ignoravit. Et hu-
 miliabitur superbia Israel in facie eius, nec
 reversi sunt ad Dominum Deum suum, et non
 profecerunt eum in omnibus his. ¶ Et
 utus est Ephraim quasi columba seducta,
 in habens cor: Egyptum invocabant, ad asy-
 rios abierunt: Et cum profecti fuerint, ex-
 idam super eos rete meum: quasi volucrem
 li detraham eos, et idam eos secundum auditio-
 em coelus eorum. Ve eis, quoniam receperunt
 me; vastabuntur, quia pravaricati sunt in
 e: et ego redemi eos, et ipsi locuti sunt contra
 e mendacia. * et non clamaverunt ad me in
 die suo, sed ululabant in cubilibus suis: super
 ticum et vinum ruminabant, et ceperunt
 me. Et ego crudivi eos, et confortavi brachia
 rum: et in me cogitaverunt malitiam.
 eversi sunt, ut aperit ab eis iugo, facti sunt
 quasi arcus dolosus: cadent in gladio principes

eorum in furore linguo suo. Ista sublan-
natio eorum in terra Egypti.

Epist. ex L. Nat. Dominica precedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii Papae.

l. 26. Moral. cap. 4.

Debet unius cuiusque mens et causas suas
et apud Dominum, et causas Domini contra se
solicite inquisitione discutere: debet caute
et pensare, vel quo ab eo bona perciperit, vel
quo mala bonis illius peruerso vivendo re-
penderit. quia ergo nunc in potestate est, in-
ternum mentis nostrae contra nos subire iudi-
cium, recognoscendo acusemus nos met ipsos,
et quales fuimus poenitendo torqueamus: non
sepemus, dum licet, iudicare quod fecimus. Re-
proborum namque esse proprium solet, sem-
per prava agere, et nunquam, quo egerint,
retractare. Omne enim quod faciunt, inca-
mente pertranseunt, factumque suum, nisi
cum puniti fuerint, non agnoscunt. Alcorba
electorum est, actus suos quotidie ab ipso cogita-
tionis fonte discutere, et omnes, quod ~~lappi~~
lurbum proficiunt, ab intimis excipere.
Sicut enim non sentimus, quomodo crescunt
membra, proficit corpus, mutatur species,
nigredo capillorum albescit in canis: ita mens
nostra per momenta vivendi ipso curarum
usu a semet ipsa permulatur, et non agnos-
cimus, nisi vigilanti custodia ad interiora
nostra residentes, proventus nostros quotidie
defectusque pensemus. Hac ipsum enim in
hac mortali vita consistere, quasi ad vetusta-
tem ire est, et cum indiscussa mens relin-
quitur, in quodam senio corporis sopitur:
quia sui negligens, propositum robor in sen-

libiliter perdens, a forma prioris fortitu-
dinis, dum nescit, senescit. Unde et per prophetam
sub Ephraim specie dicitur, comederunt salicem
robur eius, et nescivit; sed et cani effusi sunt
in eo, et ipse ignoravit.

Feria III.

Leitio I.

De Osee Propheta .cap. ii.

sicut mane transit, pertransit res Israel.
quia puer Israel, et dilexi eum: et ex aegypto
vocavi filium meum. Vocaverunt eos, si abie-
unt, a facie eorum. Baalim invocabant,
et simulacris sacrificabant: et ego quasi nu-
tritus Ephraim, portabam eos in brachiis meis.
et nescierunt, quod curarem eos. In funiculis
dam traham eos, in vinculis charitatis: et ero
is quasi exaltans iugum super maxillas eorum,
et declinavi ad eum, ut vesceretur. Non rever-
etur in terram Aegypti, et Apsus ipse rex eius:
noniam noluerunt converteri. cepit gladius
in civitatibus eius, et confumet electos eius,
et comedet capita eorum. Et populus meus
endebit ad reditum meum, iugum autem mi-
onetur eis simul, quod non auferetur. ¶
non modo dabo te Ephraim, protegam te Israel?
non modo dabo te sicut Adama, ponam teul. Se-
nim? conversum est in me cor meum, pariter
atrubata est penitudo mea. Non faciam furo-
em in ore meo: non convertar, ut disperdam
Ephraim: quoniam Deus ego, et non homo, in
edie huius sanctus, et non ingrediar in civitatem. ¶
et Dominum ambulabunt, quasi leo rugiet:
via ipse rugiet, et formidabunt filii maris.
et volabunt quasi avis ex aegypto, et quasi colum-
ba de terra Aegyptiorum: et collocabo eos in domi-
bus suis, dicit Dominus. Circumdedit me in
egatione Ephraim, et in dolo domus Israel:

quod autem testis descenditum Deo, et cum
sanctis fidelis.

Reg. ex II. et ult. Dominica procedentis.

Lectio II.

De expositione sancti Hieronymi Presbyteri.

l. 3. comment. in Is.

Clarrat Deus, quo Israel amore dilexit. Ego,
inquit, qui pater eram, nutritus factus sum;
et parvulum meum in ulnis meis ipse porta-
bam, ne caderetur in solitudine: et ne vel estu
vel tenebris terreretur, in die nubes eram, in nocte
ignis columna: ut quos protegeram, meo illustra-
rem et sanarem lumine. Et declinavi ad eum
ut vesceretur: nos quod Deus ad eum declina-
verit, sed quod cibum manna ad eum fecit de-
clinare. aliter: in tantum dilexi eos, et tam
clemens pastor fui, ut morbidam ovem hume-
ris meis ipse portarem: ipsi vero ignoraverunt,
quod mea illos passione curarem, et qui amato-
rum hominum, traherem eos ad credendum in
vinculis charitatis. Et arbitrati sunt iugum
meum leve esse gravissimum: et declinavi ad
eos deserens regna caelorum, ut cum eis vescerer
assumpta forma hominis; sive dedi eis osam
corporis mei, ipse et cibum et convivium. Conversum
est in me cor meum. Statim ut locutus sum,
me Ephraim et Israel sicut adama Seboimque
posidurum, mea commota sunt viscera. Bene-
dixit me meum quondam populum delere
in perpetuum: idcirco non faciam secundum
furorem iracundiae meae: nec de mea clemencia
commutabor, ut disperdam Ephraim: non enim
percussio, ut perdam in perpetuum, sed ut emen-
dem. Crudelitas mea paenitentiae et pietatis
crasio est: Deus enim ego sum, et non homo.
Homo ad hoc punit, ut perdat: Deus ad hoc
corripit, ut emendet. In medio sui sanctus, et non
ingrediar civitatem, hoc est, non sum unus de his,

qui in urbibus habitant, qui humanis legibus
vivunt, qui crudelitatem arbitrantur iusti-
tiam, quibus ius summum summa malitia
est: mea autem lex meaque iustitia est, salvare
correctos.

Tertia IV.

Lectio I.

De osee Propheta . cap. 13. 14.

Perditio tua Israel, tantum modo in me auxi-
lium tuum. Colligata est iniquitas Ephraim,
absconditum peccatum eius. Dolores parturien-
tis venient ei: ipse filius non sapiens; nunc
enim non stabit in contritione filiorum.
De manu mortis liberabo eos, de morte redi-
mam eos: ero mors tua o mors, morsus tuus
ero inferne: consolatio est ab oculis meis, quia
ipse inter fratres dividet. & Pereat Samaria,
quoniam ad amaritudinem concitavit Deum
hunc: in gladio pereant, parvuli eorum eli-
dantur, et foetus eius discendantur. Convertere
Israel ad Dominum Deum tuum: quoniam
erruisti in iniquitate tua. Tollite vobiscum
verba, et convertimini ad Dominum, et dicite
i: omnem aufer iniquitatem, accipe bonum,
et reddemus vitulos labiorum nostrorum. 9.
Spus non salvabit nos, super equum non
conderimus, nec dicemus ultra: dii nostri opera
vanum nostrarum; quia eius, qui in te est,
visereberis pupilli. Sanabo contritiones eorum,
et diligam eos spontanea: quia aversus est furor
meus ab eis. Ero quasi ros, Israel germinabit
sicut liliam, et erumpet radix eius ut Libani.
Ibunt rami eius, et erit quasi oliva gloria eius,
et odor eius ut libani. Converterentur sedentes in
umbra eius: vivent tritico, et germinabunt
sicut vinea: memoriale eius sicut vinum
Libani. Ephraim quid mihi ultra idola? ego
audiam, et dirigam eum egredietur ab iniquitate vi-
ventem: ex me fructus tuus inventus est. Quis
sapiens, et intelliget ista, et intelligens, et fiet

hec: quia recte via Domini, et iusti ambulabunt in eis: prouocatores uero corruent in eis.
 Reg. ex III. et ill. Dominico precedentis.

Lectio II.

De expositione sancti Hieronymi Presbyteri.
 l. c.

Totus Israel ad poenitentiam provocatur, ut, qui infirmatus est, siue corruit in infirmitatibus suis, reuertatur ad medicum, et recipiat sanitatem, uel stare incipiat, qui corruerat. Docetur, quo modo debeat agere poenitentiam: tollite, inquit, uobiscum uerba, id est, preces et delictorum confessionem; et conuertimini ad Dominum tam uerbis quam operibus; et dicite ei: omnia aufer iniquitatem, nihil languoris in nobis et uino pristino derelinquas, ne rursum mali seminis pullulent rediuiua plantaria; et accipe, inquit, bonum: nisi enim tuleris mala nostra, bonum tibi quod offeramus, habere non possumus, iuxta illud, quod alibi scriptum est: Declina a malo, et fac bonum. Et reddemus, ait, uirtutes labiorum nostrorum; qui laudes in desunt et gratiarum actio; sacrificium enim Deo spiritus contribulatus. Igitur illo iam tempore carnalibus uictimis reprobatis, placabilis Deo hostia est pura confessio. Conuersis (autem) ad poenitentiam, et instar pupilli patrem, quem reliquerant, cognoscentibus respondit Deus: Sando contributiones eorum, in quibus fuerant uulnerati uel confracti. Diligam eos frontance. Diligit autem Dominus diligentes se (ue quibus et in alio loco ait: ego diligentes me diligo. qui enim prius irascebar eis propter peccata que fecerant: nunc miserebor propter clementiam meam.

Teria V.

Lectio I.

Incipit Joel Propheta. cap. i.

Verbum Domini, quod factum est ad Joel filium
 Abihel. Audite hoc senes, et auribus percipite
 omnes habitatores terre. Si factum est istud in
 diebus vestris, aut in diebus patrum vestrorum.
 Super hoc filius vestris narrete, et filii vestri filius
 suis, et filii eorum generationi alteri. Resi-
 duum cruce comedit locusta, et residuum locuste
 comedit bruchus, et residuum bruchi comedit
 rubigo. * Expergiscimini ebrii, et flete, et
 ululate omnes, qui bibitis vinum in dulca-
 mine: quoniam perit ab ore vestro: gens
 nim ascendit super terram meam, fortis et
 innumerabilis: dentes eius ut dentes leonis,
 et molares eius ut catuli leonis. Popul vineam
 meam in desertum, et ficum meam decorti-
 cavit: nudans spoliavit eam et proiecit, albi
 facti sunt rami eius. ¶ Plange quasi virgo
 iuventa sacco super virum pubertatis sue.
 Perit sacrificium et libatio de domo Domini:
 iuxerunt sacerdotes ministri Domini. Depo-
 sulata est regio, luxit humus, quoniam de-
 astatum est triticum, confusum est vinum,
 languit oleum. Confusi sunt agricolae, ulu-
 averunt vinitores super frumento et hordeo,
 inia perit mopsis agri. * Accingite vos et
 langite sacerdotes, ululate ministri altaris:
 ingredimini, cubate in sacco ministri Dei
 rei, quoniam interit de domo Dei vestri
 sacrificium et libatio. Num quid non coram
 oculis vestris alimenta perierunt de domo
 dei nostri, letitia et exultatio? Computru-
 erunt iumenta in stercore suo, demolita sunt
 vrea, dissipata sunt apotheca, quoniam
 confusum est triticum. quid ingemuit animal,
 iugierunt greges armentum? quia non est pasua
 s: sed et greges pecorum disperierunt.

R. R. ex I. et oct. Dominicæ præcedentis.

Lectio II.

De expositione sancti Hieronymi presbyteri.
comment. in Joel.

Quomodo in Osee propheta, quem in principio duodecim prophetarum ante hunc librum explanavimus, sub nomine Ephraim ad decem tribus confertur vaticinium, quo ~~et~~ vel Samaria vel Israel soepe memorantur: sic in Joel, qui iuxta Hebræos secundus est, omne quod dicitur, ad tribum Juda et ad Jerusalem pertinere credendum est, et nullam omnino Israelis, id est, decem tribuum in hoc fieri mentionem. Tempora quoque, in quibus prophetavit, eadem debemus accipere, quo et in Osee legimus. Accingite vos et plangite sacerdotes, qui sanctus Sacerdos est, et comedit pascha Domini, accingatur baltheo castitatis, et audiat cum apostolis: sint lumbi vestri circumditi, et lucerna ardentis in manibus vestris. Qui autem peccator est, et quem remordet propria conscientia, cilicio accingatur et plangat vel propria delicta vel populi, et ingredietur eulethiam, de qua propter peccata fuerat egressus: et cubet vel dormiat in feno, ut præteritas delicias, per quas offenderat Deum, vite austeritate compenset.

Feria VI.

Lectio I.

De Joelle Propheta. cap. 2.

Canite tuba in Sion, ululate in monte sancto meo, conturbentur omnes habitatores terra: quia venit dies Domini, quia prope est. Dies tenebrarum et caliginis, dies nubis et turbinis: quasi mane expansum super montes

populus multus et fortis: similis ei non fuit
 a principio, et post eum non erit in annos gene-
 rationis et generationis. * Ante faciem eius
 ignis vorans, et post eum exurens flamma: qua-
 si hortus voluptatis terra coram eo, et post eum
 solitudo deserti, neque est, qui effugiat eum,
 quasi aspectus equorum aspectus eorum: et
 quasi equites sui current. Sicut sonitus qua-
 rigarum super capita montium exilient, sicut
 sonitus flammæ ignis decorantis stipulam,
 velut populus fortis preparatus ad prolium.
 !. A facie eius cruciabuntur populi: omnes
 cultus redigentur in ollam. Sicut fortes cur-
 rent, quasi viri bellatores ascendent murum:
 viri in viis suis gradientur, et non declinabunt
 a semitis suis. Unusquisque fratrem suum
 non coardabit, singuli in calle suo ambula-
 bunt: sed et per fenestras cadent, et non demo-
 rientur. * Urbem ingredientur, in muro au-
 rent: domos conscendent, per fenestras intrabunt
 quasi fur. A facie eius contremuit terra, moti
 in caeli: sol et luna obtenebrati sunt, et
 stellæ retraxerunt splendorem suum. Et Do-
 minus dedit vocem suam ante faciem exer-
 citus sui: quia multa sunt nimis castra
 eius, quia fortia et facientia verbum eius:
 magnus enim dies Domini, et terribilis val-
 de, et quis sustinebit eum?

¶ R. ex II. cl. d. Dominico precedentis.

Lectio II.

De expositione sancti Hieronymi Presbyteri.

C.C.

Recipitur nunc sacerdotibus et magistris,
 et exaltent quasi tuba vocem suam, ut

canant suba in Sion, id est, in ecclesia, et in
 sancto Dei monte, qui Christus est, ut contur-
 bentur sive confundantur omnes habitatores
 terre, et confusio eos pertrahat ad salutem.
 Diem autem Domini diem intellige iudicii,
 sive diem exitus unius cuiusque de corpore.
 quod enim in die iudicii futurum est omnibus,
 hoc in singulis die mortis impletur. Dies
 tenebrarum est et angustia, dies nubes et
 turbinis, quia cuncta peccatorum plena
 sunt atque cruciatuum. Veniet angelorum
 populus multus et fortis, ut reddat unicuique
 secundum opera sua: et sicut mane et au-
 rora surgens primum occupat montes,
 sic iudicium ab excelsis et potentibus in-
 cipet, ut potentes potenter tormenta pati-
 antur. Ante faciem huius populi, qui fortis
 et multus est, erit ignis vorans, sive consu-
 mens, ut omne in nobis foenum, ligna,
 stipulamque consumat. quemcumque hic
 populus non attigerit, nec invenerit in co-
 mpositionis materiam, porta Dei et para-
 diso asperimitabitur voluptatis: si quem
 autem exuperit, quasi solitudinem in cine-
 rem rediget ac favillas, nec est, qui furo-
 rem eius possit evadere. Tantus est timor
 omnium, tanta conscientia peccatorum,
 ut nullus luceat, nec splendorem habeat gaudii,
 sed instar adusto oleo facies eius vertatur
 in tenebras.

Sabbato.

Lectio I.

De Joelle Propheta. cap. 2.

Relatus est Dominus terram suam, et peper-
 cit populo suo: et respondit Dominus, et dixit

populo suo: eue ego mittam vobis frumentum
 et vinum et oleum, et replebimini eis; et non
 dabo vos ultra opprobrium in gentibus. Etiam,
 qui ab aquilone est, procul faciam a vobis, et
 expellam eum in terram iniviam et desertam,
 laciem eius contra mare orientale, et extre-
 num eius ad mare novissimum: et ascendet
 foetor eius, et ascendet putredocius, quia superbe
 egit. * Nolite timere terra, exulta et letare,
 quoniam magnificavit Dominus, ut faceret.
 Nolite timere animalia regionis: quia germi-
 naverunt preciosa deserti, quia lignum attulit
 fructum suum, ficus et vinea dederunt vi-
 tem suam. 9. Filii Sion exultate, et leta-
 mini in Domino Deo vestro: quia dedit vobis
 et loquem in iustitia, et descendere faciet ad vos in-
 rem matutinam et serotinam sicut in principio.
 Implebuntur arce frumento, et redundabunt
 vicularia vino et oleo. Et reddam vobis annos,
 vos comedit locusta, bruchus et rubigo et oruca.
 Multitudo mea magna, quam nisi in vos. * Et
 medetis vescentes, et saturabimini, et lauda-
 bitis nomen Domini Dei vestri, qui fecit mira-
 cilia vobis cum: et non confundetur populus
 eius in sempiternum. Et scietis, quia in medio
 rael ego sum, et ego Dominus Deus vester, et
 non est amplius: et non confundetur populus meus
 in eternum.

9. ex III. et VII. Dominico procedentis.

Lectio II.

Expositione Sancti Hieronymi Presbyteri.

l.c.

uxta tropologiam omnis anima terra est. In-
 ini, in qua seminat pater familias sementem
 am, que cum pro tributo Bizania fecerit,
 offenderit Dominum suum, et postea egerit
 contritionem, plangens que dixerit: parce

Domine populo tuo; Reletur Dominus terram
 suam, et pariet ei, quam dudum contemserat;
 suoque eam dignatur alloqui, et dicit: mittam
 tibi frumentum, et vinum quod letificat
 hominis; et oleum, quod ex hilarat faciem: ut
 vetus tristitia peccatorum, frumenti et vini
 et olei, id est, virtutum letitia temperetur:
 tantamque habeant bonorum omnium
 abundantiam, ut repleantur eis atque saturentur.
 Ne timeas (itaque) terra, immo confide atque
 letare, quo prius sementem dominicam tua
 ariditate perdideras: quia magnificavit Domi-
 nus, ut faceret tecum misericordiam; in tan-
 tum ut etiam in iumenta regionis et deserto
 solitudinis locis novalibus compleveretur; et
 lignum crucis afferret fructum suum, et
 Spiritus sancti dona dulcissima suam amentis
 tribuerent largitatem. In tantum enim
 Deus recipit poenitentes, ut vocet eos populum
 suum, et nequaquam operat confundendos;
 et habitaturum se in eorum medio repro-
 mittat, nec amplius eos alium habituros
 Deum; sed in eum toto animo confisuros,
 qui in illis maneat in eternum.

Ad Vesperas Duplex.

Ad Magnif. ant. Tulit me Dominus, cum
 sequer gregem: et dixit Dominus ad me:
 vade, propheta ad populum meum Israel.
amos. 7.

Oratio Sacri. Greg.

Deus refugium nostrum et virtus: adesto
 piis ecclesie tue precibus auctor ipse picta-
 tis, et prosta; ut quod fideliter petimus,
 efficaciter consequamur. Per Dominum.

Dominica XXII. post Pentecosten.

Duplex maius. 12. lect.

Lectio I.

Incipit Amos Prophetæ. cap. j. 2.

Verba Amos, qui fuit in pastoribus de Thecue:
quo vidit super Israel in diebus Ozia regis
Iuda, et in diebus Jeroboam filii Joas regis
Israel, ante duos annos terra motus. Et dixit:
Dominus de Sion rugiet, et de Jerusalem
dabit vocem suam: et luxerunt speciosa pasto-
rum, et exsiccatus est vertex Carmeli. Hoc
dicit Dominus: super tribus sceleribus Juda,
et super quatuor non convertam eum: eo quod
abiecerit legem Domini, et mandata eius non
custodierit; deperierunt enim eos idola sua,
post quo abierant patres eorum. Et mit-
tam ignem in Juda, et devorabit oves Je-
rusalem.

Ep. huius Dominico et hebdomada sequen-
tis dicuntur ex Dominica precedente.

Lectio II.

Hoc dicit Dominus: super tribus sceleribus
Israel, et super quatuor non convertam
eum: pro eo quod vendiderit pro argento
illum, et pauperem pro calceamentis, qui
interunt super pulverem terre capita pau-
perum, et viam humilium declinant: et
filius ac pater eius ierunt ad puellam, ut
isolarent nomen sanctum meum. Et supra
estimatis, pignoralis audiverunt iusta
meae altare, et vinum damnatorum bi-
bebant in domo Dei sui.

Lectio III.

Et audivi exterminavi amorrhæum a
facie eorum, cuius altitudo cedrorum alti-
tudo eius, et fortis ipse quasi quercus: et non
vivi fructum eius de super, et radicem eius

150.
Subter. Ego sum qui ascendere vos feci
de terra Egypti, et duxi vos in deserto qua-
draginta annis, ut possideretis terram
Amorrhœi. Et suscitavi de filiis vestris
in prophetas, et de juvenibus vestris Na-
Saraos: numquid non ita est filiis Israël,
dicit Dominus. Et propinabitis et bibetis
vinum; et prophetis mandabitis, dicentes:
ne prophetetis.

Lectio IV.

Ene ego stridete subter vos, sicut stridet
plaustrum onustum feno: et peribit fuga
a veloce, et fortis non obtinebit virtutem
suam, et robustus non salvabit animam suam,
et tenens arcum non stabil, et veloces pedibus
suis non salvabitur, et assensor equi non sal-
vabit animam suam: et robustus corde in terra
fortes nudus fugiet in illa die, dicit Dominus.

In II. nocturno.

Lectio V.

Ex libro sancti Cypriani episcopi et
Martyris de oratione Dominica.

Idem necesse admonet Dominus, ut in
oratione dicamus: et ne nos patiaris induci
in tentationem. qua in parte ostenditur,
nihil contra nos adversarium posse, nisi Deus
ante permiserit; ut omnis timor noster et de-
votio atque observatio ad Deum converteatur,
quando in tentationibus nostris nihil ma-
lo liceat, nisi potestas inde tribuatur.
Probat hoc scriptura divina, que dicit: venit
Nabuchodonosor rex Babilonis in Jerusalem,
et ex pugnavit eam, et dedit eam Deus in
manu eius. Datur autem potestas adversus
nos malo secundum nostra peccata, sicut
scriptum est: quis dedit in dirceptionem Jacob

Israël eis, qui prodabantur illum? nonne
Deus, cui peccaverunt, et nolebant in viis
eius ambulare, neque audire legem eius: et
superduxit super eos iram animationis suae?

Lectio VI.

Potestas vero dupliciter adversus nos datur,
vel ad poenam cum delinquimus, vel ad
gloriam cum probamur; sicuti de Job factum
videmus, manifestante Deo et dicente: eae
omnia, quaecumque habet, in manus tuas Do;
sed ipsum cave ne langas. Et Dominus in Evan-
gelio loquitur tempore Captivitatis ad Pilatum:
nullam haberes adversum me potestatem, nisi
data esset tibi desuper. quando autem roga-
mus, ne in tentationem veniamus, admo-
nemur infirmitatis et inbecillitatis nostrae,
dum si rogamus: ne quis se insolenter extol-
at, ne quis sibi superbe atque arroganter
aliquid assumat, ne quis aut confessionis aut
captivitatis gloriam suam ducat, cum Dominus
se humilitatem docens dixerit: vigilate
et orate, ne veniatis in tentationem; spiri-
tus quidem promptus est, caro autem infirma.
Adum procedit humilis et submissa confessio,
Datur totum Deo, quidquid suppliciter cum
more et honore Dei petitur, ipsius pietate
resolvitur.

Lectio VII.

Est ista omnia in consummatione orationis
sua clausula, universas petitiones et preces
offras collecta brevitate concludens. In
oviprino enim ponimus: sed libera nos a
toto, comprehendentes, adversa cuncta, que
contra nos in hoc mundo molitur inimicus,
quibus non potest esse fida et firma tutela,
si nos Deus liberet, nisi deprecantibus, atque
implorantibus opem suam profferat. primum

autem dicimus: sed libera nos a malo: nihil
remanet, quod ultra adhuc de beato postulari:
quando semel protectionem Dei adversum ma-
lum petamus, qua impetrata contra omnia,
quo diabolus et mundus operantur, securi
stamus et tubi: cuius enim ei de seculo melius
est, cui in seculo Deus iutor est?

Lectio VIII.

Quid mirum, fratres dilectissimi! si oratio
talis est, quam Deus doceret? qui magisterio
suo omnem precem nostram salubri ser-
mone brevior. Hoc namque per Isaiam
prophetam fuerat ante proditum, cum
plenus Spiritu sancto de Dei maiestate ac
pietate loqueretur: verbum consummans,
inquit, et brevians in iustitia; quoniam
sermonem brevialium facit Deus in toto
orbe terre. Nam cum Dei sermo Dominus
noster Iesus Christus omnibus venerit, et
colligens doctos pariter et indoctos omnia scia
atque etiam precepta salutis edidit: pro-
ceptorum suorum fecit grande compendium,
ut in disciplina caelesti discipulorum memoria
non laboraret, sed quod esset simplicifidei
necessarium, velociter disceret.

In III. Nothiano.

Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli ad Hebraeos.

Cap. 7.

Melchisedech rex Salem, sacerdos Dei summi,
qui obviavit Abrahae regresso a caede regum,
et benedixit ei, cui et decimas omnium
divisit Abraham; primum, quidem qui
interpretabatur rex iustitiae, deinde autem
et rex Salem, quod est, rex pacis, sine patre,
sine matre, sine genealogia, neque initium

dicum neque finem vitæ habens, apimila-
tus autem Filio Dei, manet sacerdos in per-
petuum. Intrae mihi autem, quantus sit
huius, cui et decimas dedit de præcipuis abra-
ham patriarcha.

Lectio X.

Quidem de filiis Levi sacerdotium accipientes,
mandatum habent, decimas sumere a populo
secundum legem, id est, a fratribus suis: quan-
quam et ipsi exierint de lumbis abraha.
Cuius autem generatio non annumeratur
in eis, decimas sumpsit ab abraham, et hunc,
cui habebat re-promissiones, benedixit. Sine
illa autem contradictione quod minus est,
maiore benedicitur. Et hii quidem decimas
orientales homines accipiunt: ibi autem con-
stat, quia vivit. Et, ut ita dictum sit, per
abraham et Levi, qui decimas accipit, decima-
us est; adhuc enim in lumbis patrio erat,
quando obijt iheri Melchisedech.

Lectio XI.

ergo consummatio per sacerdotium leviticum
rat, populus enim sub ipso legem accipit, quid
dhuo necessarium fuit, secundum ordinem
Melchisedech alium surgere sacerdotem, et non
secundum ordinem Aaron dicit? Translatio
im sacerdotio necesse est, ut et legistrans-
latio fiat. In quo enim hoc dicuntur, de
cia trilu est, de qua nullus altari prosto-
it. Manifestum est enim, quod ex tuda
tus sit Dominus noster, in qua tribu nihil
sacerdotibus Moyses locutus est.

Lectio XII.

amplius adhuc manifestum est, si se-
ndum similitudinem Melchisedech exur-
t alius sacerdos, qui non secundum legem

Prop. de Tempore. 20.
C.A.

153.

mandati carnalis factus est, se secundum vi-
 autem vult in solubilis: contempletur enim:
 quoniam tu es sacerdos in eternum secundum
 ordinem Melchisedech: / reprobatio quidem fit
 precedentis mandati propter infirmitatem
 eius, et inutilitatem: nihil enim ad per-
 fectum adduxit lex: / introductio vero me-
 lioris spei, per quam proximamus ad Deum.
 Et quantum est non sine iure iurando: alii
 quidem sine iure iurando sacerdotes facti sunt;
 hi autem cum iure iurando per eum, qui
 dixit ad illum: iuravit Dominus, et non
 poenitebit eum, tu es sacerdos in eternum: /
 In tantum melioris testamenti sponsor
 factus est Jesus.

Sequentia sancti Evangelii secundum
 Mattheum . cap. 22.

In illo tempore: abeuntes Pharisei confi-
 lium iniervant, ut caperent Jesum in sermone.
 Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis,
 dicentes: Magister, scimus, quia verax es, et
 viam Dei in veritate doces, et non est tibi cura
 de aliquo; non enim respicis personam ho-
 minum. Dic ergo nobis, quid tibi videtur,
 licet ne censum dare Cesari, an non? Cognita
 autem Jesus nequitia eorum, ait: quid me
 tentatis, hypocrito? ostendite mihi numis-
 ma census. At illi obtulerunt ei denarium.
 Et ait illis Jesus: cuius est imago haec et
 super scriptio? Dicunt ei: Cesaris. Tunc ait
 illis: reddite ergo quo sunt Cesaris, Cesari;
 et quo sunt Dei, Deo.

Ad Denod. Ant. Magister, scimus quia ve-
 rax es, et viam in veritate doces, et non est
 tibi cura de aliquo: * non enim respicis
 personam hominum. Matth. 22.

Ad Magnif. ant. Reddite, quo sunt caesaris,
caesari: & et quo sunt Dei, Deo. Matth. 22.

Feria II.

Lectio I.

De Amos propheta. cap. 5. 11.

155.
Audite verbum, quod locutus est Dominus
super vos filii Israel, super omnem cognatio-
nem, quam eduxi de terra Aegypti, dicens:
ultimum modo vos cognovi ex omnibus cogna-
tionibus terra: idcirco visitabo super vos om-
nes iniquitates vestras. Numquid ambulabunt
leo pariter, nisi convenerit eis? Numquid
ugiet leo in saetu, nisi habuerit praedam?
Numquid dabit catulus leonis vocem de cubili-
o, nisi aliquid apprehenderit? Numquid
ad latris in laqueum terra absque aucupre?
Numquid auferetur laqueus de terra, antequam
induperit? Si clangat tuba in civitate, et
populus non exparet? Si erit malum in
civitate, quod Dominus non fecerit? quia
non facit Dominus Deus verbum, nisi re-
claverit secretum suum ad servos suos pro-
phetas. **G.** Percussit vos in vento urente, et in
uragine multitudinem horborum vestro-
rum et vinearum vestrarum: oliveta vestra
et ficeta vestra comedit crux: et non redistis
dne, dicit Dominus. et nisi in vos mortem in-
ia Aegypti, percussit in gladio invases vestros,
sque ad captivitatem equorum vestrorum:
et ascendere fecit putredinem castrorum ves-
trorum in naves vestras: et non redistis dne,
dicit Dominus. et subverti vos, sicut subvertit
deus Sodomam et gomorrhham, et facti estis
vasi terris ruptis ab incendio: et non redistis
dne, dicit Dominus. quapropter hoc faciam
tibi Israel. postquam autem hoc fecero tibi,
reparare in occursum Dei tui Israel. quia

ecce formans montes, et creans ventum, et
annuntians homini eloquium suum, faciens
matulinam nebulam, et gradicus super excel-
sa teras: Dominus Deus exercituum nomen
eius.

R. G. ex I. et ad. Dominico XI.

Lectio II.

Sermo sancti Augusti Episcopi.

l. contra aduers. cap. 26.

Malum aliquod in ciuitate non perpetratur,
quod Dominus non faciat. Malum hoc loco
non peccatum, sed poena intelligenda est. Du-
pliciter enim appellatur malum, unum
quod homo facit, alterum quod patitur:
quod facit, peccatum est, quod patitur poena.
De poenis ergo loquebatur Propheta, cum
hoc diceret. Divina enim providentia cuncta
moderante et gubernante ita homo ma-
le facit quod uult, ut male patiat quod
non uult. Sic autem accusant prophetam
ista dicentem, quasi in euangelio non legimus,
nomen duo papares a se uenire, et unus ex
his non cadit in terram sine batis uestri vo-
luntate? Ita ergo Deus malum facit, quod
non ipsi Deo malum est, sed eis, in quos irascitur.
Itaque ipse, quantum ad se pertinet, bonum
facit: quia omne iustum bonum est, et
iusta est illa vindicta. Quamuis enim malum
sit gehenna damnato, iniustitia tamen Dei
bona est, et ipse fructus est ex arbore bona,
ipse autem malis peccatorum suorum the-
saurizat sibi iram in die ire, et reuelationis
iusti iudicii Dei, qui reddet unicuique secun-
dum opera sua. Hoc sunt mala, quod Deus
facit, id est, peccatoribus poenas, quod in ig-
nem mittet arbores, quae in malitia perse-
~~uerantes~~ uerantes fieri boni noluerunt,
cum hoc ipsis arboribus malum sit. Deus

154.
rilem, ut sope dixi, non dat fructus malos,
quia iustitia fructus est iudicia peccati.

Feria III.

Lectio I.

De Amos propheta. cap. 5.

audite verbum istud, quod ego leo super vos
stantium: domus israel cecidit, et non ari-
et, ut resurgat. Virgo israel proicita est in
eram suam, non est, qui suscitet eam. quia
locus dicit Dominus Deus: urbs, de qua egredie-
bantur mille, relinquentur in ea centum;
de qua egrediebantur centum, relinquentur
in ea decem in domo israel. * Quia hoc dicit
Dominus domui israel: querite me et vivetis.
Nolite querere Bethel, et in galgalam no-
lite intrare, et in Bersabee non transibitis:
quia galgala captiva ducetur, et Bethel aut
inutilis. querite Dominum et vivetis: ne
rite comburatur ut ignis domus Joseph, et
uorabit, et non erit qui extinguat Bethel.
in convertitis in absynthium iudicium,
in iustitiam in terra relinquitis. q. Odio
obverunt corripientem in porta, et lo-
quentem perfecte abominati sunt. quia
eo quod diripiebatis pauperem, et pro-
m electam tollebatis ab eo, domos quadro-
pide edificabitis, et non habitabitis in eis:
vineas plantabitis amantissimas, et non
bibetis vinum earum. quia cognovi multa
clera vestra, et fortia peccata vestra: hostes
sui accipientes munus, et pauperes depri-
cates in porta. * Ideo prudens in tempore
tacet, quia tempus malum est. querite
num, et non malum, ut vivatis: et erit
minus Deus exercituum vobiscum, sicut
existis. Odite malum, et diligite bonum,
constituite in porta iudicium: si forte

miseretur Dominus Deus exercituum et
 reliquis Joseph.

Ps. ex II. et Oct. Dominica XXI.

Lectio II.

De expositione sancti Hieronymi presbyteri.

L. 2. comment. in Amos.

Diligite bonum, et non malum. grande pec-
 catum est, non solum facere malum, sed
 et diligere. et Multi peccant, et expleto volup-
 tatis ardore mordentur conscientia sua, et
 poenitent eos peccati sui. qui autem non solum
 non dolet se fecisse quod malum est, sed in suo
 scelere gloriatur, iste implet illud quod scrip-
 tum est: peccator cum in profundum venerit
 impietatis, contemnit. querite ergo bonum,
 et non malum: si enim quosieritis bonum,
 in eo quod queritis bonum, statim repelle-
 tis malum. et nunquam autem quorere-
 tis bonum, nisi prius repelleretis malum, im-
 plentes verba psalmiste dicentis: declina a
 malo, et fac bonum. Cumque quosieritis
 bonum, et vitaveritis malum, tunc vivetis
 in eo, qui dicit: ego sum vita. Bonum querit,
 qui credit in eum, qui in Evangelio loqui-
 tur: ego sum pastor bonus. Repellit malum,
 qui fugit eum, de quo scriptum est: mundus
 in maligno positus est. et hoc sufficit, bo-
 num querere, malumque non querere,
 nisi equitatem habeatis in utroque, ut
 primum vitatis malum, deinde diligatis
 bonum. Odit malum, qui non solum voluptate
 non vincitur, sed odit opera voluptatis: et dili-
 git bonum, qui non in virtute, aut necessitate,
 aut metu eorum facit quod bonum est, sed
 idcirco quia bonum est, ut mercedem boni
 operis habeat conscientia sua, et dilectionem,
 quam erga bonum possidet.

De Amos propheta . cap. 8.

Dixit Dominus ad me: venit finis super populum meum Israel, non ad iudicium uestra, ut pertranseam eum. Et stridentibus cardines templi in die illa, dicit Dominus Deus: multi morientur, in omni loco prouidebitur silentium. Auditores, qui conteritis pauperem, et deficere facitis genes terra, dicentes: quando transibit mensis, et uenimus dabimus merces; et sabbatum, et aperiemus frumentum, ut imminuamus mensuram, et augeamus sictum, et supponamus ueteras dolosas, ut possideamus in argento genes, et pauperes pro calceamentis, et quis uilius frumenti uendamus? * Iurauit Dominus in superbiam Jacob: si oblitus fuero usque ad finem omnia opera eorum. Numquid superbo non commouebitur terra, et lugebit omnis habitator eius, et ascendet quasi fluvius unicusus, et euertetur, et defluet quasi riuus gypti? 9. Erit in die illa, dicit Dominus, occidet sol in meridie, et tenebescere uicam terram in die luminis: et conuertam spirituales uestras in luctum, et omnia uerba uestra in plandum: et inducam per omne dorsum uestrum saccum, et per omne caput calcitium: et ponam eam quasi luctum unigeniti, et nouissima eius quasi diem amarum. * Ecce dies ueniunt, dicit Dominus, et mittam famem in terram, non famem panis, neque sitim aquae, sed audiendi uerbum Domini. Et commouebuntur mari usque ad mare, et ab aquilone que ad orientem: circuibunt querentes uerbum Domini, et non inuenient. In die illa deficient uirgines pulchre, et adulescentes filii, qui iurant in delicto Samario, et

160.

Dicunt: vivit Deus tuus Domine, et vivit via
Berfabee: et cadent, et non resurgent ultra.
Ex III. et Oct. Dominice XXI.

Lectio II.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.

hom. 51. in genes. J. IV.

Quare ita ingrati sumus benefactori nostro,
et neque, quo iam donata sunt, versamus ani-
mo, neque promissa cogitamus! sed omnium
propemodum obliti frustra et in vacuum
quasi pecudes vilam nostram transigimus,
animo quidem nullam habentes curam, ven-
erem autem solum dirumpentes cibis, atque
etiam propter hoc misero corpori perniciem
parantes: ac propter intemperantiam et
ingluviem innumera nobis negotia facimus
et auersimus, dum animam fame perire fini-
mus: tametsi prestantior anima sit, quam
corpus, et ablata illa hoc mortuum relin-
quatur. Cum igitur oportet et et huius atque
illi congrua et convenientia prebere ali-
menta, modum neque huius neque illi seruan-
tes, utriusque nocemus, hoc plusquam oportet
et saginantes, illam autem fame perire
cogentes. Quod quod universorum Dominus
loco maximo indignationis aliquando in-
terminatus est Judaeorum populo, dicens:
Dabo vobis non famem panis neque sitim
aque, sed famem audiendi sermonem Domini;
docens nos, illam quidem famem corpus
macilentum reddere, hanc autem animam
attenuare. Dissimulatum, quod Dominus tunc
supplicii loco illis minabatur, nunc nobis
sponte attrahimus: idque, postquam Deus
tantam nostram curam declaravit et dispen-
savit, ut cum sacrarum scripturarum lectio-
ne habeamus et a doctoribus admonitiones.

Deo oro vestram charitatem, ut ex causa de-
bita pauculum expurgiscamini, et studium
omne in animo salutem transferatis.

Feria V.

Lectio I.

De Amos Propheeta. cap. g.

Vidi Dominum stantem super altare, et
dixit: percutite carinem, et commoveantur
super liminaria: auaritia enim in capite om-
nium, et novissimum eorum in gladio inter-
ficiam: non erit fuga eis. Fugiant, et non sal-
vabitur ex eis qui fugerit. Si descenderit usque
in infernum, inde manus mea educet eos: et si
ascenderit usque in caelum, inde detraham eos.
Et si absconditi fuerint in vertice Carmeli, inde
erubens auferam eos: et si celaverint se ab-
sulis meis in profundum maris, ibi manda-
bo serpenti, et mordebit eos. * Ecce oculi Do-
mini Dei super regnum peccans, et conteram
Iuda a facie terra: verum tamen conterens
non conteram domum Jacob, dicit Dominus.
Et enim mandabo ego, et concutiam in
omnibus gentibus domum Israel, sicut
concutitur triticum in cribro: et non cadet
pillus super terram. In gladio morientur
omnes peccatores populi mei, qui dicunt:
non appropinquabit, et non veniet super nos
alium. ¶ In die illa suscitabo tabernacu-
lum David, quod cecidit, et reedificabo aper-
tas murorum eius, et ea quo corruerant
repauro: et reedificabo illud sicut in diebus
aliquis: ut prospiceant reliquias gentium
et omnes nationes: eo quod invocatum sit
nomen meum super eos, dicit Dominus fa-
ciens haec. * Ecce dies veniunt, dicit Dominus,
et comprehendet arator mesorem, et calcator
et mittentem semen: et stillabunt montes

Propri. De Tempore. 21.

B. A.

161.

Dulcedinem, et omnes colles culti erunt. Et
 convertam captivitatem populi mei Israel:
 et edificabunt civitates desertas, et inhabi-
 tabunt; et plantabunt vineas, et bibent vi-
 num earum; et facient hortos, et comedent
 fructus eorum. Et plantabo eos super humum
 suam, et non evellam eos ultra de terra sua,
 quam dedi eis, dicit Dominus Deus tuus.

Ps. Ps. ex I. oct. Dominica XXI.

Lectio II.

*De expositione sancti Hieronymi Presbyteri.
 l. 9. coment. in h. l.*

In actibus apostolorum questione inter apo-
 stolos suscitata, cur homines ex gentibus
 Paulus et Barnabas absque circumcissione et
 observantia sabbati suscipiant, Petrus respon-
 dit ut debuit: cuius sententiam probans
 Jacobus hoc locutus est: Viri fratres audite
 me: Simon narrauit, quemadmodum pri-
 mum Deus visitavit Deus sumere ex gentibus
 populum nomini suo; et huic concordant
 verba Prophetarum, sicut scriptum est: post
 hoc revertar, et edificabo tabernaculum
 David quod cecidit. Hoc igitur tabernaculum,
 quod ceciderat, nunc iuxta consuetudinem
 scripturarum, post tormenta, post poenas
 prospera et leta promittens suscitaturum
 esse se dicit, et in resurrectione Domini om-
 nia restitutum: ut quod in synagoga ce-
 ciderat, surgat in Ecclesijs, et possideant cre-
 dentes reliquias quondam, et omnes natio-
 nes: ut quid quid reliquum fuerit de regno
 Sanguinario atque terreno, in caelestia
 regna mutetur, et omnes gentes, que obli-
 te sunt Dominum, convertantur et rever-
 tantur ad eum. Nomen autem Domini, quod

invocatur super reliquos et super omnes gentes,
illud est, de quo Saluator dicit: Pater revelavi
nomen tuum hominibus. Et ne longo sermo-
ne regulam differam pronuntium, et in hoc
propheta et in ceteris quocumque de edifica-
tione Jerusalem et templi, et rerum omnium
beatitudine predicantur, Iudei in ultimo
tempore vana sibi expectatione promittunt,
et carnaliter implenda commemorant. Nos
autem, qui non occidentem litteram, sed spiri-
tum sequi mur vivificantem, iam in lulofia
convincimus expleta, et quotidie impleri
in singulis, qui ruentes per peccatum, recedi-
cantur per poenitentiam.

Feria VI.

Lectio I.

Incipit abdias Propheta.

Visio Abdias. Hoc dicit Dominus Deus ad
Dom: auditum audivimus a Domino, et
et legatum ad gentes misit: surgite et con-
lurgamus adversus eum in prolium. Ecce
rarvolum dedi te in gentibus: contemti-
lis tu es valde. Superbia cordis tui extulit
et habitantem in scisuris petrarum, exal-
antem solium tuum; qui dicis in corde tuo:
uis detrahet me in terram? Si exaltatus fue-
is ut aquila, et si inter sidera posueris nidum
uum, inde detraham te, dicit Dominus. *
Vnumquid non in die illa dicit Dominus, per-
am sapientes de ~~pro~~ summa, et prudentiam
te monte Efav? Et timebunt fortes tui a
meridie, ut intereat vis de monte Efav. Prop-
er interfectionem et propter iniquitatem
i fratrem tuum Jacob operiet te confusio, et
eribis in eternum. In die cum staret adversus
um, quando capiebant alieni exercitum eius,

Et extranei ingrediebantur portas eius, et super
 Ierusalem mittebant sordem: in quoque eras
 quasi unus ex eis. ¶ Quarta est dies Domini
 super omnes gentes: sicut fecisti, fiet tibi; re-
 tributionem tuam converteret in caput tuum.
 quomodo enim bibistis super montem sanctum
 meum, bibent omnes gentes iugiter: et bibent
 et absorbebunt, et erunt quasi non sint. Et in
 monte Sion erit saluatio, et erit sanctus: et pos-
 sidebit domus Jacob eos, qui se popederunt. *
 Et erit domus Jacob ignis, et domus Joseph
 flamma, et domus Efraim stipula: et succenden-
 tur in eis, et devorabunt eos: et non erunt
 reliquie domus Efraim, quia Dominus locutus
 est. Et hereditabunt hi, qui ad austrum sunt,
 montem Efraim, et qui in campestribus Beth-
 lehem: et possidebunt regionem Ephraim
 et regionem Samaria: et Benjamin possi-
 debit Galaad. Et ascendent saluatores in mon-
 tem Sion iudicare montem Efraim: et erit
 Domino regnum.

Ps. ex II. oct. Dominico XXI.

Lectio II.

De expositione sancti Augustini Episcopi.

l. 18. de Civ. c. 31.

Abdias, quantum ad scripturam eius atti-
 net, omnium brevissimus Prophetarum,
 adversus Idumeam loquitur, gentem scili-
 cet Efraim, ex duobus geminis filiis Isaac,
 nepotibus abrahe, reprobati. Porro si
 Idumeam modo locutionis, quo intelligitur
 a parte totum, accipiamus positam esse pro
 gentibus, de Christo agnoscere possumus,
 quod ait inter cetera: in monte autem Sion
 erit salus, et erit sanctum. Et paullo post
 in fine ipsius prophetie: et ascendent,

inquit, resalvati ex monte Sion, ut defen-
 dant montem Sion, et erit Domino regnum.
 Apparet quippe, id esse completum, cum re-
 salvati ex monte Sion, id est, ex judaea creden-
 tes in Christum, qui precipue agnosuntur
 apostoli, ascenderunt ut defenderent montem
 Sion. quomodo defenderent, nisi per Evan-
 gelii predicationem salvos faciendo eos qui
 rediderunt, ut eruerentur de potestate tene-
 rarum, et transferrentur in regnum Dei?
 quod consequenter expressit addendo: et erit
 Domino regnum; mons enim Sion judaeam sig-
 nificat, ubi futura predicta est salus, et
 sanctum, quod est Christus Jesus. Mons vero
 Sion Judaea est, per quam significata est
 ilesia gentium, quam defenderunt, sicut
 apostoli, resalvati ex monte Sion, ut opet
 Domino regnum. Hoc obscurum erat ante-
 nam fieret: sed factum quis non fidelis ag-
 noscat?

Sabbato.

Lectio I.

Incipit Jonas Propheta. cap. i.

Verbum est verbum Domini ad Jonam
 Amathi dicens: Surge et vade in
 Niniven civitatem grandem, et predica in
 ea: quia ascendit malitia eius coram me.
 Surrexit Jonas, ut fugeret in Tharsis a fa-
 cie Domini, et descendit in Goppen, et inve-
 nit navem euntem in Tharsis: et dedit nau-
 em eius, et descendit in eam, ut iret cum
 illis in Tharsis a facie Domini. * Dominus
 autem misit ventum magnum in mare:
 facta est tempestas magna in mari, et
 navis periclitabatur contereri. Et timuerunt
 viri, et clamaverunt viri ad Deum suum:
 et miserunt vasa, quae erant in navis, in

mare, ut alleviaretur ab eis: et Jonas descendit ad interiora navis, et dormiebat sompore gravi. ¶ Et accepit ad eum gubernator, et dixit ei: quid tu sompore doperimaris? Surge invoca Deum tuum, si forte recipiet Deus de nobis, et non pereamus. Et dixit vir ad collegam suum: venite, et mittamus sortes, et sciamus quare hoc malum sit nobis. Et miserunt sortes, et cecidit sortis super Jonam. * Et dixerunt ad eum: iudica nobis, cuius causa malum istud sit nobis: quod est opus tuum? quo terra tua et quo vadis? uel ex quo populus es tu? Et dixit ad eos: Hebraeus ego sum, et Dominum Deum coeli ego timeo, qui fecit mare et aridam. Et timuerunt viri timore magno, et dixerunt ad eum: quid hoc fecisti? cognoverunt enim viri, quod a facie Domini fugeret, quia indicaverat eis.

Ex III. ev. Dominice XXI.

Lectio II.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.

hom. 5. de penit.

Mare conseruum (fugientem) inveniens et agnoscens, mille impedimenta nautis exaltans, turbans, clamans, non in iudicium trahens, sed comminans navem demergere cum nautis, nisi conseruum suum sibi redderint. quid ergo nautis his contingitibus? Jactum inquit vasorum fecerunt, navis vero nequaquam alleviabat, totum enim adhuc onus manebat, propheta corpus scilicet, onus grave non ex natura corporis, sed ob pondus peccati. Ubi vero neque sic profecerunt, miserunt sortes, sortis domum providit.

proximum. Hi vero neque si arripiontes eum
 demerferunt, sed tanto in multo, tanta tempe-
 state in eum lente, veluti multa in quiete,
 in iudicium in navi flantes, ut pro se loque-
 retur seque defenderet ei permiserunt, atque
 curata subtili cum indagine exquirebant,
 veluti rationes eorum, quo decreverint, alium
 reddidit. Unde igitur tanta fuit providentia
 erga prophetam? a Dei dispensatione. Ele-
 nim hoc fieri Deus permittit, prophetam
 vel ex his admonens, ut mansuetus epulati-
 onibus, quasi ad eum clamans et dicens: imitato
 raudas, homines in seyalos; siquidem hi neque
 unam spernunt animam, neque uni duo non
 rarcunt corpori: tu vero universam urbem,
 a millia hominum habentem, quantum
 in te fuit, exposuisti. Et hi quidem comper-
 talorum suorum causa, non impetu ad
 annationem irruunt: tu vero in nullo
 alens et inivitas accusare, demerfisti eos atque
 erdidisti. Tu me precipiente eos ad salutem
 na predicatione revocare, non parvisti:
 autem nemine audito nihil non aqunt
 moliantur, quo te noxium a supplicio
 nocent.

Ad Vesperas. Duplex.

V. Magnif. ant. Sicut fuit ~~et~~ Jonas
 ignum et inivitis, * ita et Filius ho-
 minis generationi isti. Luc. ii.

Oratio Sac. Leon.

Osolue, quosumus, Domine, tuorum de-
 ita populorum: ut a peccatorum nexibus,
 no pro nostra fragilitate contraximus;
 ra bonignitate liberemur. Per Dominum.

B. Quando Pascha die 24. vel 25. Aprilis
 currit, tunc loco superioris antiphona
 idur illa, quo posita est in sabbato ante

168.

Dominicam ultimam post Pentecosten:
et eo anno omittuntur Dominico 23. 24.
25. 26. et 27. cum suis hebdomadis; et ponitur
Dominica ultima seu 28. post Pentecosten.
Et tunc in hoc sabbato fit officium feriale
cum antiphona ad Benedictus, et oratione
ad horas de Dominica 29. sequente.
Si vero occurrat in sabbato festum duplex
aut semiduplex, officium fit de eo, et illa
antiphona cum sua oratione dicitur pro
commemoratione ad Nabulinas.

Dominica XXIII. post Pentecosten.

Duplex maius. 12. lect.

In 1. et nocturno.

Lectio 1.

De Iona Propheta. cap. 1.

Et dixerunt (nauts ad Jonam): quid faciemus tibi, et cessabit mare a nobis? quia mare ibat et intumescibat. Et dixit ad eos: tollite me et mittite in mare, et cessabit mare a vobis: scio enim quoniam propter me tempestas hoc grandis venit super vos. Et remigabant viri ut reverterentur ad aridam, et non valebant: quia mare ibat, et intumescibat super eos. Et clamaverunt ad Dominum, et dixerunt: quo sumus Domine, ne pereamus in anima viri istius, et ne des super nos sanguinem innocentem: quia tu Domine, sicut voluisti, fecisti. Et iulerunt Jonam, et miserunt in mare, et stetit mare a fervore suo. Et timuerunt viri timore magno Dominum, et immolaverunt hostias Domino, et roperunt vota.
R. Quo ibo a spiritu tuo Domine, et quo a facie tua fugiam? * si habitavero in

extremis maris, illuc manus tua deducet me.
V. et non salvabitur qui fugerit, si celave-
rint se ab oculis meis in profundo maris,
ibi mandabo serpenti, et mordebit eos.
* Si. 67. Job. Amos. 9.

Lectio II. cap. 2. obs.

Et preparavit Dominus piscem grandem,
ut deglutiret Jonam: et erat Jonas in ven-
tre piscis tribus diebus et tribus noctibus.
Et oravit Jonas ad Dominum Deum suum
de ventre piscis. Et dixit Dominus pisci, et
vomuit Jonam in aridam. Et factum
est verbum Domini ad Jonam secundo, di-
cens: surge et vade in Ninive civitatem
magnam, et predica in ea predicationem,
quam ego loquor ad te. Et surrexit Jonas,
et abiit in Ninive iuxta verbum Domini.
Ninive erat civitas magna itinere trium
dierum. Et cepit Jonas introire in civita-
tem itinere diei unius, et dixit: adhuc qua-
raginta dies, et Ninive subvertetur. Et
crediderunt viri Ninivite in Deum. Et vidit
Deus opera eorum, quia conversi sunt de via
mala: et misertus est Deus super malitiam,
etiam locutus fuerat ut faceret eis, et non
fecit.

. Convertatur vir a via sua mala, et ab
iniquitate, quae est in manibus eorum. *
V. Si quis se convertatur et ignorat Deus, et
vertatur a furore ire suo. V. Oenitentiam
facite; appropinquavit enim regnum coelo-
rum. * quis. Jon. 3. Matth. 4.

Lectio III. cap. 11.

Afflictus est Jonas afflictione magna
iratus est; et oravit ad Dominum, et dixit:
Severo Domine, numquid non hoc est verbum
cum, cum adhuc essem in terra mea? propter

Propri. de Tempore. 22.
B. A.

109.

hoc preoccupavi, ut fugerem in Tharsis: scio enim, quia tu Deus deus, et misericors, et patiens, et multo miserationis, et ignoscons super malitia. Et nunc Domine, tolle, queso animam meam a me: quia melior est mihi mors quam vita. Et dixit Dominus: putasne bene irasceris tu? Et egressus est Jonas de civitate, et sedit contra orientem civitatis: et fecit sibi mel umbraculum ibi, et sedebat subter illud in umbra, donec videret, quid accideret civitati. Et preparavit Dominus Deus hederam, et ascendit super caput Jona, ut esset umbra super caput eius, et protegeret eum; laboraverat enim: et letatus est Jonas super hedera colubina magna.

R. Convertimini ad Dominum Deum vestrum: quia benignus et misericors est, patiens et multo misericordis, et prostabilis super malitia. *V.* Siquis peccaverit, advocatum habemus ad Patrem, Jesum Christum iustum. *x* quia: Joel. 2. j. Joan. 2.

Lectio IV.

Et paravit Deus vermem ascensu diluculi in crastinum: et percussit hederam, et eravit. Et cum ortus fuisset sol, percussit Dominus vento calido Aurenti: et percussit sol super caput Jona, et aestuabat: et petivit animo suo, ut moreretur, et dixit: melius est mihi mori quam vivere. Et dixit Dominus ad Jonam: putasne, bene irasceris tu super hedera? Et dixit: bene irascer ege usque ad mortem. Et dixit Dominus: tu doles super hedera, in qua non laborasti, neque fecisti ut crederet: quia

sub una nocte nata est, et sub una nocte perit.
Nego non parcam et vivere civitati magno,
in qua sunt plusquam centum viginti mil-
lia hominum, qui nesciunt, quid sit inter
dexteram et sinistram suam, et iumenta
multa?

¶ Reverletur Dominus, et miseretur
nostri: * deponet iniquitates nostras, et
proiciet in profundum maris omnia pec-
cata nostra. V. Omnes propheta testimo-
nium perhibent, remissionem peccatorum
inipere per nomen Jesu omnes, qui credunt
in eum. * deponet. V. Gloria. * deponet.
Mich. 7. ad. 10.

In II. nocturno.

Lectio V.

Ex libro sancti Cypriani Episcopi et
Martyris de Mortalitate.

¶ Si apud plurimos vestrum, fratres dilectissimi!
mens solida est, et fides firma, et anima devota,
ne ad presentis mortalitatis copiam non mo-
retur, sed tamquam petra fortis et stabilis
urbidos impetus mundi et violentos seculi
ventus frangit potius ipsa, nec frangitur, atten-
tionibus non vincitur, sed probatur. tamen
via animadverto in plebe quosdam vel imbe-
citate animi, vel fidei parvitate, vel dul-
dine secularis vite, vel sexus mollietate, vel quod
cuius est, veritatis errore minus stare fortiter,
et pectoris sui divinum atque invictum robur
erere; dissimulanda res non fuit, nec tacenda,
eo minus quantum nostra mediocritas potest,
igore pleno et sermone de dominica lectione
recepto, delicata mentis ignavia comprimetur,
qui homo Dei et christi spe iam cepit, Deo et
risso dignus habeatur.

¶ Confortentur manus vestre, qui auditis in

his diebus sermones Prophetarum: & erit:
sicut eratis maledictio in gentibus, sic eritis
benedictio. V. Vos estis filii prophetarum et
testamenti, quod disposuit Deus ad patres nostros.
& et erit. Zach. 8. ad. 2.

Lectio VI.

Agnoscere se debet, fratres dilectissimi! qui
Deo militat, qui positus in caelestibus castris
divina iam spirata, ut ad procellos et turbi-
nes mundi trepidatio nulla sit in nobis,
nulla cumbratio: quando hoc ventura pro-
dixerit Dominus, provide vocis hortatu
instruens et docens, et preparans atque con-
roborans lulatio suo populum ad omnem
tolerantiam futurorum, bella, et famas,
et terro motus, et pestilentias per loca sin-
gula exurgere pronuntiavit et docuit.
Et ne inopinatus nos et novus rerum
inestantium metus quateret, magis ac
magis in novissimis temporibus diversa
crebrescere ante praeconavit.

R. Dominus patiens et magnus fortitudine:
& bonus Dominus, et confortans in die tribu-
lationis, et sciens sperantes in se. A. Sitis per-
fecti et integri, in nullo deficientes: sicut et,
quod probatio fidei vestro patientiam operatur.
& bonus. 1. Th. 1. fac. 1.

Lectio VII.

Fiunt eae, quae dicta sunt; et quando fiunt,
quae ante praedicta sunt, sequentur et quaecum-
que promissa sunt, Domino ipso pollicente
et dicente: cum autem videritis haec omnia
fieri, scitate, quoniam in proximo est regnum
Dei. Regnum Dei, fratres charissimi! haec cepit
in proximo: premium vite et gaudium salu-
tis aeterno, et perpetua letitia, et possessio

paradisi nuper amissa, mundo transeunte iam
veniunt, iam terrenis caelestia, et magna parvis,
et caducis aeterna succedunt. quis huius anxietatis
et sollicitudinis locus est? quis inter hoc tepidus
et moestus est, nisi cui spes et fides deest?

R. Iudicabo tibi, o homo, quid sit bonum, et
quid Dominus requirat a te: & utique facere
iudicium, et diligere misericordiam, et sollicitum
ambulare cum Deo tuo. V. Domini dei tui caelum
est, et terra, et omnia quae in ea sunt; et nunc
quid Dominus Deus tuus petit a te? & utique.
Mich. 6. Deut. 10.

Lectio VIII.

ius est mortem timere, qui ad Christum nollet
ire: eius est ad Christum nolle ire, qui se non
credat cum Christo incipere regnare. Scriptum
est enim, iustum fide vivere. Si iustus es, et
fide vivis, si vere in Deum credis, cur non cum
Christo fueris, et de Domini pollicitatione
laetus, quod ad Christum voceris, amplecteris,
et quod diabolo carcas gratularis? Tunc (cum)
est seruis Dei pax, tunc libera, tunc tranquilla
vitas, quando de istis mundi turbinationibus ex-
raiti, sedis et securitatis aeterno portum
retinimus, quando ex puncta hac morte ad
immortalitatem venimus. Illa est enim
nostra pax, illa fida tranquillitas, illa sta-
bilis et firma et perpetua securitas.

V. Quam magna multitudo dulcedinis
tuo Domine, quam abscondisti timoribus tuis!
& perfecisti eis, qui sperant in te. V. O
Israel quam magna est gloria domus dei,
et in gens locus possessionis eius! & perfecisti.
P. Gloria. & perfecisti. Ps. 90. Baruch 3.

In III. et nocturno.

Lectio IX.

De Epistola beati Pauli apostoli ad Hebraeos.

Cap. 7.

Alii plures facti sunt sacerdotes, idcirco
 quod morte prohiberentur permanere: Ge-
 hus) autem, eo quod maneat in aeternum,
 sempiternum habet sacerdotium. Unde et
 saluare ~~potest~~ in perpetuum potest acciden-
 tes per semetipsum ad Deum semper vi-
 uens ad interpellandum pro nobis. Talis
 enim decebat, ut nobis opes pontifex, sanctus,
 innocens, inpollutus, segregatus a peccato-
 ribus, et excelsum caelis factus: qui non ha-
 bet necessitatem quotidie, quemadmodum
 sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre,
 deinde pro populi: hoc enim fecit semel se
 ipsum offerendo. Lex enim ~~constituit~~ homi-
 nes constituit sacerdotes, infirmitatem
 habentes: sermo autem iurandi, qui
 post legem est, Filium in aeternum perfectum.

R. Propitiaberis Domine populo tuo,
 qui peccauit tibi: & Dabis misericordiam
 coram eis, populus enim tuus est, et he-
 reditas tua. **R.** Sunt Israelitae, quorum
 adoptio est filiorum, et gloria et testa-
 mentum, et legis latus et promissa. & Dabis.

O. Reg. 8. Rom. 9.

Lectio X. cap. 8.

Capitulum autem super ea quae dicuntur:
 talem habemus pontificem, qui consistit in
 dextera sedis magnitudinis in caelis, sancto-
 rum minister et tabernaculi veri, quod
 fixit Dominus et non hanc. Omnis enim
 pontifex ad offerendum munera et hostias
 constituitur, unde necesse est et hunc habere

aliquid, quod offerat. Si ergo opes super terram,
nec opes sacerdos, cum opes, qui offerant se-
cundum legem munera, qui exemplari et
umbra deseruiunt celestium. Sicut respon-
sum est Moysi, cum consummaret taberna-
culum: vide, inquit, omnia facito secundum
exemplar, quod tibi ostensum est in monte.

¶. Eamus et deprecemur faciem Domini:
* venient populi multi ad querendum
Dominum exercituum in Jerusalem, et
deprecandam faciem Domini. v. quos
vocavit non solum ex Judaeis, sed etiam ex gen-
tibus. * venient. Ezech. 8. Rom. 9.

Lectio XI.

Nunc autem melius sortitus est ministe-
rium, quanto et melioris testamenti media-
tor est, quod in melioribus re-promissionibus
laucatum est. Nam si illud prius culpa vacaf-
set, non utique secundi locus inquireretur.

¶. Superans enim eos dicit: ead dies venient,
dicit Dominus, et consummabo super domum
Israel, et super domum Juda testamentum
novum: non secundum testamentum, quod
fieri patribus eorum in die, qua apprehendi ma-
num eorum, ut educerem illos de terra Egypti:
veniam ipsi non per manserunt in testamento
eo, et ipse neglexi eos, dicit Dominus.

¶. Vocabit nos Dominus de viris suis, et sibi-
us in senibus eius: * quia de Sion egre-
ditur lex, et verbum Domini de Jerusalem.

¶. Tempus requirendi Dominum, cum ve-
rit qui docebit vos iustitiam. * quia de.
Nich. 4. Ose. 10.

Lectio XII.

¶. Nunc hoc est testamentum, quod disponam

Domini Israel. post dies illos, dicit Dominus: dabo
leges meas in mentem eorum, et in corde eorum
super scribam eas: et ero eis in Deum, et ipsi erunt
mihi in populum: et non docebit unusquisque
proximum suum, et unusquisque fratrem su-
um, dicens: cognosce Dominum, quoniam
omnes scient me a minore usque ad maiorem
eorum: quia propitius ero iniquitatibus eo-
rum, et peccatorum eorum iam non memo-
rabor. Dicendo autem novum veteravit prius,
quod autem antiquatur et prescitur, prope
interitum est.

R. pro Dominica. Seraphim clamabant
alter ad alterum: & Sanctus, sanctus, sanctus
Dominus Deus exercituum: & plena est omnis
terra gloria eius. V. Tres sunt, qui testi-
monium dant in celo, Pater, Verbum et Spi-
ritus sanctus: et hi tres unum sunt. & Sanctus.
V. gloria. & plena. ff. b. i. joan. 5.

R. infra hebdomadam. Attenuabit Domi-
nus omnes deos terrae, & est adorabunt eum
viri de loco suo, omnes in suba gentium. V.
Erit Dominus rex super omnem terram, et
erit nomen eius unum. & est. V. gloria.
& adorabunt. Soph. 2. Zach. iii.

Sequentia sancti Evangelii secundum
Matthaeum. cap. 9.

In illo tempore: loquente Jesu ad turbas,
ecce princeps unus accipit, et adorabat eum,
dicens: Domine, filia mea modo defuncta
est, sed veni, impone manum tuam super
eam, et vivet. Et surgens Jesus, sequebatur
eam, et discipuli eius. Et ecce mulier,
quo sanguinis fluxum patiebatur duodecim
annis, accipit retro, et tetigit fimbriam

B. A.

estimenti eius; dicebat enim intra se: si tetigero
tantum vestimentum eius, salva ero. At Jesus
conversus, et videns eam, dixit: confide filia, fides
tua te salvam fecit. Et salva facta est mulier ex
illa hora. Et cum venisset Jesus in domum prin-
cipis, et vidisset sibiines et turbam tumultuan-
tem, dicebat: recedite; non est enim mortua puel-
la, sed dormit. Et deridebant eum. At cum eiecit
et turbam, intravit et tenuit manum eius.
Et surrexit puella. Et exiit fama hoc in univer-
sam terram illam.

Ad Bened. ant. Dicebat mulier intra se: si
tetigero tantum vestimentum eius, salva ero.

Matth. g.

Ad Magnif. ant. Jesus conversus dixit: confi-
de filia, fides tua te salvam fecit: et salva
facta est mulier ex illa hora. Matth. g.

Feria II.

Lectio I.

Incipit Michoas Propheta.

cap. i. d.

Verbum Domini, quod factum est ad Micho-
am Morasthiben, in diebus Joathan, Achaz
& Ezechie regum Juda. quod vidit super Sa-
riam et Jerusalem. Audite principes
eos, et dices domus Israel. numquid non
scitum est scire iudicium, qui odio habetis
verum, et diligitis malum: qui violenter
elitis pelles eorum desuper eis, et carnem
eorum desuper ossibus eorum? qui comede-
rat carnem populi mei, et pellem eorum
super excoria verunt, et ossa eorum con-
gesserunt, et conciderunt sicut in lebetis, et
asi carnem in medio olla. * Tunc clama-
nt ad Dominum, et non exaudiet eos, et

abscondet faciem suam ab eis in tempore illo,
 sicut requirit egerunt in adinventionibus suis.
 Hoc dicit Dominus super prophetas, qui seducunt
 populum meum, qui mordent dentibus suis,
 et predicant pacem: et si quis non dederit in
 ore eorum quid piam, sanctificant super
 eum praelium. ¶ Propterea nox vobis
 pro visione erit, et tenebra vobis pro divi-
 natione: et occumbet sol super prophetas,
 et obtenebrabitur super eos dies. Et confun-
 dentur qui vident visiones, et confundentur
 divini: et operientur omnes vultus suos, quia
 non est responsum Dei. Verumtamen ego
 repletus sum fortitudine Spiritus Domini,
 et iudicio et virtute, ut annuntiem Jacob
 scelus suum, et Israel peccatum suum. *
 Audite hoc principes domus Jacob et iudices
 domus Israel, qui abominamini iudi-
 cium, et omnia recta pervertitis: qui edi-
 ficatis Sion in sanguinibus, et Jerusalem
 in iniquitate. Principes eius in muneribus
 iudicabant, et sacerdotes eius in mercede voca-
 bant, et propheta eius in pecunia divina-
 bant, et super Dominum requiescebant,
 dicentes: numquid non Dominus in medio
 nostrorum? non venient super nos mala.
 Propter hoc, causa vestra sicut quasi ager ara-
 bitur, et Jerusalem quasi acervus lapidum
 erit, et mons templi in excelsa silvarum.
 Reg. ex I. verb. Dominice precedentis.

Lectio II.

De expositione sancti Hieronymi Prolyseri.

l. i. comment. in Mich.

et unum generaliter et adversum iudices, et
 adversum pseudoprophetas, et contra sacerdotes,

contra eos qui sibi dei pollicentur notitiam,
 prophetalis sermo texitur: et arguit eos, quod
 propter scelera eorum Sion quasi ager arabitur,
 et Jerusalem velut aceruus lapidum convulsa-
 ra, et mons templi futurus in excelsa silva-
 rum. Videmus completa, quo dicta sunt, ois
 eloquium oculi probant; prophetia testis a-
 fectus est. Siquis autem hoc, quo de Jerusale-
 dicuntur et de Sion, ad Eclesiam transferat,
 illa liquido pervidebit, quod principes domus
 Jacob et iudices domus Israel non sint alii,
 nisi episcopi, presbyteri et diaconi. qui nisi
 omni custodia servaverint cor suum, abomi-
 rantur iudicium, et universa recta pervers-
 unt. quando enim iusta personam iudicant,
 et in disceptatione negotii non valeant causa
 veritatis, sed reorum potentia, nonne abo-
 minantur iudicium et omnia recta pervers-
 unt? Permittitur tibi, o sacerdos, ut vivas
 et altari, non ut luxurieris. Novi triturali-
 s non clauduntur: scimus ista, et tamen licen-
 a hac apostolus non abutitur, et habens
 itum vestimentumque contentus est, nocte
 die laborat manibus suis, ne cui gravis
 sit. quid prodest, una tunica esse indutus,
 et proferre habitum paupertatis, cum mar-
 gipium nostrum universa pauperum turba
 respicit? Propter hoc, causa nostri, qui ta-
 s sumus, audiamus sententiam Domini
 et sequatur: Sion et Jerusalem, et mons
 templi, preculatorium et visio pacis et tem-
 lum Christi, in consummatione et in
 ne, quando refrigerit charitas, et rara
 des fuerit, quasi ager arabitur, et redigetur
 in tumulos.

Feria III.

Lectio I.

De Michaa Propheta. cap. 6.

Audite, que Dominus loquitur: surge con-
 tende iudicio ad versus montes, et audiant
 colles vocem tuam. Audiant montes iudi-
 cium Domini, et fortia fundameta terra:
 quia iudicium Domini cum populo suo,
 et cum Israel diiudicabitur. Popule meus
 quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi?
 responde mihi. Quia eduxi te de terra egypti,
 et de domo servientium liberavi te, et misi
 ante faciem tuam Moysen et Aaron et Ma-
 riam. * Popule meus memento, quaso,
 quid cogitaverit Balac rex Moab, et quid
 responderit ei Balaam filius Beor, de setina
 usque ad Galgalam, ut cognosceres iustitias
 Domini? Quid dignum offeram Domino?
 Curvabo genu Deo excelso? numquid of-
 feram ei holocausta et vitos anniculos?
 et numquid placari potest Dominus in millibus
 arietum, aut in multis millibus hircorum
 pinguium? numquid dabo primogenitum
 meum pro scelere meo, fructum ventris mei
 pro peccato animo meo? ¶ Iudicabo tibi, homo,
 quid sit bonum, aut quid Dominus requirat
 a te. Utique facere iudicium, et diligere mi-
 sericordiam, et sollicitum ambulare cum
 Deo tuo. Vox Domini ad civitatem clamat,
 et salus erit timentibus nomen tuum: au-
 dite tribus, et quis approbabit illud?
 Adhuc ignis in domo impij thesauri ini-
 quitatis, et mensura minor ire plena. *
 et numquid iustificabo stateram impiam,
 et sacci pondera volosa? in quibus iuri-
 tes eius repleti sunt iniquitate, et habitan-
 tes in ea loquebantur mendacium, et lingua

eorum fraudulenta in ore eorum. Et ego
ergo cepi percutere te percussione super pec-
catis tuis. Tu comedes, et non saturaberis,
et humiliatio tua in medio tui: et appre-
hendes, et non saluabis, et quos salvaveris, in
gladium dabo.

Post. ex II. et Oct. Dominico precedentis.

Lectio II.

De expositione sancti Hieronymi Presbyteri.
l. 2. comment. in h. l.

Deus populum ad iudicium provocat;
ille sciens peccatum suum non vult conten-
dere, sed rogare; nec tamen in ipsis precibus
habet fiduciam. Nihil enim dignum est,
quod pro peccato populi Deo offerri, et nulla
humilitas potest maculas eluere delicto-
rum. Nos ergo, qui sumus de populo,
sientes quia non iustificatur in conspectu
eius omnis vivens, et dicentes: iumentum
factus sum apud te; agentes poenitentiam
pro peccatis, dubitamus et dicimus: in quo
apprehendam Dominum, suscipiam Domi-
num meum excelsum? quomodo poterò
tenere eum fugientem? quanta munditia
valebo pro parare hospitium Trinitati?
Indicabo tibi, o homo, quid sit bonum.
quia dubitas, o popule Israel, immo
universum hominum genus, quomodo
pro peccatis tuis Deum poteris placare;
ergo respondebo tibi, quid querat Deus,
immo iam ante in lege monstravi.
Scriptum est enim in Deuteronomio et
uno Israel, quid Dominus Deus tuus
merid a te, nisi ut timeas Dominum Deum

num, et ambules in omnibus viis eius?
 querit a nobis Dominus, et necessariam
 habens nostram salutem poscit accipere,
 quod danti proficit: ut faciamus iudicium,
 id est, ut nihil absque ratione et consilio
 faciamus; ut ante mens iudicet quid factu-
 ra sit, et postea opere compleat: ut mise-
 ricordiam diligamus, et non quasi compulsi
 aut ex necessitate misericordes simus: ut
 preparati simus ambulare cum Domino
 Deo nostro. Nulla hora dormire, nullo tem-
 pore securi esse debemus, sed semper expectare
 patrem familias venientem, et diem formi-
 dare iudicii.

Teria IV.

Lectio I.

De Michaa Propheta. cap. 7.

Vo mihi, quia factus sum sicut qui colligit
 in autumnus racemos vindemio: non est
 botrus ad comedendum, procequas ficus
 desideravit anima mea. Verum sanctus de
 terra, et rectus in hominibus non est: om-
 nes in sanguine insidiantur, vir fratrem
 suum ad mortem vendit. Malum ma-
 nuum suarum dicunt bonum: princeps
 postulat, et iudex in reddendo est: et magnus
 locutus est desiderium animo suo, et con-
 turbaverunt eam. * Qui optimus in eis est,
 quasi palmaris, et qui rectus, quasi spina de
 sepe. Dies speculationis tue, visitatio tua
 venit: nunc erit vastitas eorum. Nolite ac-
 dere amico, et nolite confidere in duce: ab ea,
 que dormit in sinu tuo, custodi claustra oris
 tui. quia filius contumeliam facit patri,
 et filia confurgit aduersus matrem suam, iurus
 aduersus socrum suam, et inimici hominis

domestici eius. ¶ Ego autem ad Dominum
 speravi, exspectabo Deum Salvatorem meum:
 iudicet me Deus meus. Ne lateris inimica mea
 super me, quia cecidi: confurgam; cum sedero
 in tenebris, Dominus lux mea est. In manu Do-
 mini portabo, quoniam peccavi ei, donec
 causam meam iudicet, et faciat iudicium meum.
 Educet me in lucem, videbo iustitiam eius. ¶
 Quis Deus similis tui, qui auferis iniquitatem,
 et transis peccatum reliquiarum hereditatis
 tue? non imittet ultra furorem suum,
 quoniam volens misericordiam est. Reuer-
 tetur et miserebitur nostri: deponet iniqui-
 tates nostras, et proiciet in profundum maris
 omnia peccata nostra. Talis veritatem facit,
 misericordiam Abraham, quo irasisti patri-
 bus nostris a diebus antiquis.

¶ Ps. cx III. vers. Dominico procedentis.

Lectio II.

De expositione sancti Hieronymi Presbyteri.
 l. c.

Innis correptio ad profectus non videtur esse
 iudicium, sed moeroris: et postea fructum pacifi-
 cum iustitiae reddet his, qui per eam fuerint
 iudicati. Sentias igitur anima se peccasse, et
 abere vulnere peccatorum, et in moribus
 tuis vivere, et indigere cauterio, constantia
 iudicium ad medicum: ure carnes meas, resca
 ulnere: humores omnes et fluxum noxium
 era hellebori potione constringe. Mei iudicium
 est ut vulnerarer, mei doloris sit ut toller-
 entia sustineam; et postea sanitatem reci-
 am. Verusque medicus iam sospiti atque
 curo ostendit causam medicaminis, et recte
 docet seipso, quod fecit. Denique post cruciatibus
 que supplicia, redunda de tenebris exterioribus
 ima, et reddito novissimo quadrante diebus:

Videbo iustitiam eius, et loquar: iustificata
sunt iudicia tua Deus. Si autem Christus factus
est nobis a Deo sapientia et iustitia, et sanctifi-
catio, et redemptio, qui iustitiam peccatorum Dei
videre se dicit, Christi sibi reproponit illud aspectum.
Et hoc duntaxat de poenitentibus. Colorem
multo melius est, non habere vulnera, et
medico non egere. Curatio non beatitudo sa-
natarum est, sed solatium post dolorem. Spiritus
qui curatus est, caveat, ne iterum peccet, et
rursum ei aliquid deterius fiat.

Feria V.

Lectio I.

Incipit oraculum Prophetæ. cap. j.

Oraculum in vine: liber visionis oraculum Iesai.
Deus amulator, et ulciscens Dominus, ulcis-
cens Dominus et habens furorē: ulciscens
Dominus in hostes suos, et irascens ipse inimicis
suis. Dominus patiens, et magnus fortitudine,
et mundans non faciet innocentem. Dominus
in tempestate et turbine vis eius, et nebula
pulvis pedum eius. Insuperans mare et exsic-
cans illud, et omnia flumina ad desertum
deducens. * Montes commotus sunt ab eo, et
colles desolati sunt: et contremuit terra a
facie eius, et orbis, et omnes habitantes in
eo. Ante faciem indignationis eius quis
stabit? et quis resistet in ira furoris eius?
Indignatio eius effusa est ut ignis, et petra
dissoluta sunt ab eo. Bonus Dominus, et
confortans in die tribulationis, et sciens spe-
rantes in se. Et in diluvio proterente con-
summationem faciet loci eius, et inimicos
eius persequentur tenebrae. ¶ Quid cogita-
tis contra Dominum? consummationem
ipse faciet: non consurgat duplex tribulatio.
Cui sicut prius se in vocem complectentur,

hic convivium eorum pariter potantium:
consumentur quasi stipula ariditate plena.
Et te exibat cogitans contra Dominum mali-
tiam, mente pertractans provaricationem.
& Hoc dicit Dominus: si perfecti fuerint,
et vita plures, sic quoque abundantur, et
pertransibit: afflixit te, et non affligam te
ultra. Et nunc conteram virgam eius de
dorso tuo, et vincula tua dirumpam. Et
precipiet super te Dominus, non semina-
bitur ex nomine tuo amplius: de domo dei
in interficiam sculptile, et conflabile po-
nam sepulchrum tuum, quia in honoratus
es: Eue super montes pedes evangelizantis
& annuntiantis pacem: celebra fida festivi-
tates tuas et redde vota tua: quia non adiecit
ultra, ut pertranscat in te Belial: univer-
sus miserit.

Ex I. et II. Dominico procedentis.

Lectio II.

De expositione sancti Cyrilli episcopi
Alexandrini.

Iudaei dilectione Dei repulsa, et pietate
erga illum contempta, omnino ad colendos
deos plures, et errores absurdos, vitamque
legis suae alienam proficierunt, aras con-
truxerunt, delubra operibus manuum
narum posuerunt. Ego quoniam multimo-
dis offenderunt, merito etiam perierunt.
Ioc et nunc propheta dicit, propemodum
indignans ob ea, quae Iudaeorum populis
ciderunt, simul autem reprehendens et
insolans. Et enim doletis, inquit, vastita-
m nec quinato perpepsi, domibusque vestris,
egione et urbibus expulsi, qui semper ad-
versarios vicebatis. Sub pedes quoque mini-
rum redacti estis. Et quomodo non oportebat

Propr. de Tempore. 24.

185.

B. A.

ante experientiam cogitare (quia Deus emula-
tor est, et ulciscens Dominus cum furore, et
ulciscens aduersarios suos, et auferens ini-
micos suos? Vide, inquit, nos quoque obliti,
et e medio subliti, et manibus hostium tra-
diti sumus. Oppugnauimus enim impie
Omnipotentem, et in omnia, quae illi dis-
plicerent, discepimus. Sed obuias: Longe-
nimis est Dominus. Etiam, asperior est
ego tibi, est siquidem natura sua talis.
Verum tamen nocentem non innocentem
faciet, hoc est, a quibus est offensus, iudque
sine fide et modo, illos criminibus et poena
non penitus eximet. gram enim ex insita
mansuetudine differit, et nonnumquam
peccantes tolerat, poenitentiam eorum
expectans, cunctantes autem et detrahentes
dum, tandem punit, et induratos muldat.

Feria VI.

Lectio I.

Incipit Habacui propheta. cap. 1. 2.

Onus, quod uidit Habacui propheta. Usque-
quo Domine clamabo, et non exaudies?
uociferabor ad te, et non audies, et non sal-
uabis? quare ostendisti mihi iniquitatem
et laborem, uidere praedam et iniustitiam
contra me? et factum est iudicium et con-
tra dicitio potentior. Propter hoc lacerata
est lex, et non peruenit usque ad finem
iudicium: quia impius preualet aduersus
iustum, propterea egreditur iudicium per-
uersum. * Aspiciate in gentibus et uidele,
admiramini et obstupescite: quia opus fac-
tum est in diebus uestris, quod nemo credet,
cum narrabitur. quia ecce ego suscitabo
Chaldaeos gentem amaram et velocem,

ambulantes super latitudinem terra, ut
 possideat tabernacula non sua. Horribilis
 est horribilis est: ex semetipso iudicium, et
 onus eius egredietur. g. Et respondit mihi
 Dominus, et dixit: scribe visum, et explana
 cum super tabulas, ut percurrat, qui le-
 gerit eum. quia adhuc visus procul, et
 apparebit in finem, et non mentietur:
 si moram fecerit, expecta illum, quia ve-
 niens veniet et non tardabit. Ecce qui ni-
 ridulus est, non erit recta anima eius in
 semetipso: iustus autem in fide sua vivet.
 Ve qui congregat avaritiam malam domui
 sue, ut sit in excelsis nidus eius, et liberari
 se putat de manu mali. Cogitasti confusio-
 nem domui tue, concidisti populos multos,
 et peccavit anima tua. quia lapis de pariete
 clamabit, et lignum, quod inter iuncturas
 edificiorum est, respondebit. Numquid nos
 hoc sunt a Domino exercituum? Labora-
 bunt enim populi in multo igne, et gen-
 tes in vacuum, et deficient.

Ex II. Voc. Dominico procedentis.

Lectio II.

De Expositione sancti Hieronymi
 Presbyteri.

Secundum litteram causatur aduersum
 eum propheta, cur et babiluchodonosor
 templum vastet et iudam, cur iherusalem
 nondam urbs Domini destruat? quare
 clamet populus, et non exaudiat, vocife-
 retur ad Dominum opprobriis a Chaldeis,
 et non saluetur? quare etiam ipsa prophe-
 ta, vel populus, ex cuius persona nunc
 loquitur, ad hoc vixerit, et hucusque per-
 ductus sit, ut iniquitatem hostium et

suum videat laborem? Cur iniustitia pre-
 valcat adversum se? Et hoc dicit pro mentis
 angustia, nesciens aurum in igne conflare.
 Homo (enim) tantum presentia respicit: Deus
 futura et eterna cognoscit. Et quomodo si
 egrotus et aestuans febribus aquam frigidam
 postulet et dicat ad medicum: vim patior,
 crucior, uror, exanimor; usquequo medicus
 clamabo, et non exaudies? Et respondeat ei
 sapientissimus et clementissimus medicus:
 Scio, quo tempore debeam dare quod postulas:
 non misereor modo, quia misericordia ista
 crudelitas est, et voluntas tua contra te petit.
 Ita et Dominus Deus noster sciens clementia
 suo pondera atque mensuras, interdum
 non exaudit clamantem, ut cum prober,
 et magis provocet ad rogandum; et quasi
 igne excoctum iustiorum et puriorum
 faciat.

Sabbato.

Lectio I.

Incipit Sophonias Propheta. cap. i.

Verbum Domini, quod factum est ad Sopho-
 niam filium Chusi, in diebus Josie filii
 Ammon regis Juda. Congregans congregabo
 omnia a facie terre, dicit Dominus. Congre-
 gans hominem et pecus, congregans volati-
 lia coeli et pisces maris: et ruina miseriorum
 erunt, et disperdam homines a facie terre,
 dicit Dominus. * Et extendam manum meam
 super Judam, et super omnes habitantes Je-
 rusalem; et disperdam de loco hoc reliquias
 Baal, et nomina idolorum cum sacerdotibus:
 et eos qui adorant super terla militiam coeli,
 et adorant et iurant in Domino, et iurant
 in Othelom. Et qui averbuntur de post tergum

Domini, et qui non quiesierunt Dominum,
 nec investigaverunt eum. *g.* Siletea facie
 Domini Dei, quia iuxta est dies Domini,
 quia preparavit Dominus hostiam, sanctifi-
 cavit vocatos suos. Et erit in die hostie Do-
 mini visitabo super principes, et super filios
 regis, et super omnes qui induti sunt ueste
 peregrina. Et visitabo super omnem, qui ar-
 rogantes ingreditur super lumen in die illa,
 qui complevit Dominum Domini Dei sui ini-
 quitate et dolo. Et erit in die illa, dicit Do-
 minus, vox clamoris a porta piscium, et
 ululatus a secunda, et confitio magna a
 collibus. * Ululate habitatores Bilo: con-
 fiteantur omnis populus Chanaan, disperierunt
 omnes involuti argento. Et erit in tempore
 illo: servabor Jerusalem in lucernis, et
 visitabo super viros defixos in faucibus suis,
 qui dicunt in cordibus suis: non faciet bene
 Dominus, et non faciet male. Et erit forti-
 tudo eorum in direptionem, et domus eorum
 in desertum: et edificabunt domos, et non
 habitabunt, et plantabunt vineas, et
 non bibent vinum earum.

Ps. cx III. v. 1. Dominico procedatis.

Lectio II.

De expositione sancti Hieronymi
 Presbyteri.

Iuxta Anagogen dicamus, quando multi-
 licata fuerit iniquitas, et refrixerit
 charitas multorum, et veniente Domino
 rara fides apparuerit in terra, in tantum,
 ut tententur etiam electi Dei: tunc exten-
 dere Dominum ad supplicia peccatorum
 manum suam super Judam, qui sibi videtur
 nomen Domini confiteri, et super Jerusalem,

Eulefiam quo ex pace sortita vocabulum est;
 et auferre de Eulefia nomina Baalini, quod
 interpretatur in sublimioribus. auferet
 autem Dominus nomina uano glorio et ad-
 mirationis falso, que uersantur in Eulefia.
 Sed et nomina sacerdotum cum sacerdotibus,
 qui frustra sibi applaudunt in episcopali
 nomine et in presbyterii dignitate, et non
 in opere. unde signanter non ait: et opera
 sacerdotum cum sacerdotibus; sed nomina;
 qui tantummodo falsa nomina proferunt
 dignitatum, et malis operibus sua nomina
 uerstruunt. Et eos, qui adorant Dominum
 et Melchom, qui seculo pariter et Domino
 putant se posse seruire, et duobus dominis
 satis facere, Deo et mammona: qui militan-
 tes Christo obligant se negotiis secularibus,
 et eandem imaginem offerunt Deo et cesari:
 et cum christi sacerdotes se esse dicant, filios
 suos consecrant Melchom, id est, regi suo.
 Recte enim habent regem hominem, qui regem
 Dominum perdididerunt, et qui per mala ope-
 ra declinant a Domino, et non requirunt
 eum, nec retinent sua pecunia fugientem.

Ad uesperas duplex.

Dominica XXIV. post Pentecostem

Ex tertia post Epiphaniam.

Duplex maior. jr. lect.

cl. Hoc Dominica ponitur, si Pascha occur-
 rit die 22. 23. 24. 25. uel 26. Martii; scilicet
 cum sequente hebdomada omittitur.

Sabb. ad Magnif. ant. Prophetarum Aggeus et
Zacharias ad iudeos, qui erant in iherusalem, in
nomine Dei israel et aperunt edificare templum
Dei, et annis propheta Dei uiuunt les eos. j. Ep. 5.
Oratio infra in matutinis.

Lectio I.

Incipit Aggeus propheta. cap. i.

In anno secundo Darii regis, in mense sexto, in die
una mensis, factum est verbum Domini in
manu Aggei prophete ad Zorobabel filium
Salathiel ducem Iuda, et ad Iosum filium Iose-
ce sacerdotem magnum, dicens: Hec ait Do-
minus exercituum, dicens: populus iste dicit:
condum venit tempus domus Domini edificande.
Factum est verbum Domini in manu Aggei
prophete dicens: num quid tempus vobis est ut
habitatis in domibus laqueatis, et domus ista
deserta?

Confortare omnis populus terre, et facite,
soniam ego vobiscum sum: & magna erit glo-
ria domus istius novissimo plus quam primo,
in loco isto dabo pacem. V. Confortamini,
non dissolvantur manus vestre; erit enim
erces operi vestro. & magna. Ag. 2. 2. Gen. 7.

Lectio II.

Nunc hec dicit Dominus exercituum: ponite
corda vestra super vias vestras. Seminastis
velum, et intulistis parum: comeditis,
et non estis satiati; bibistis, et non estis in-
ebriati: operuistis vos, et non estis calefacti:
et qui mercedes congregavit, misit eas in
sacculum pertusum. Hec dicit Dominus exer-
citus: ponite corda vestra super vias vestras:
scendite in montem, portate ligna, et edi-
ficate domum: et acceptabilis mihi erit, et
glorificabor, dicit Dominus.

Revertar ad Jerusalem in misericordia, &
domus mea edificabitur in ea. V. Leta-
mini cum Jerusalem, et exultate in ea omnes,
et diligite eam. & et. Zach. 1. Isa. 66.

Reproxiſtis ad amplius, et eue factum eſt minus:
 Et intuliſtis in domum, et exſufflaui illud;
 quam ob cauſam, dicit Dominus exercituum?
 quia domus mea deſerta eſt, et uos feſtinatis
 unus quiſque in domum ſuam. Propter hoc
 ſuper uos prohibiti ſunt caeli, ne darent
 rorem, et terra prohibita eſt, ne daret
 germen ſuum. Et uocari ſiccitatem ſuper
 terram, et ſuper montes, et ſuper uillicum,
 et ſuper uinum, et ſuper oleum, et quo-
 cumque proferit humus; et ſuper homines,
 et ſuper iumenta, et ſuper omnem laborem
 manuum.

Ps. Abſque muro habitabitur geruſalem
 pro multitudine hominum: * et ego
 ero ei murus ignis in circuitu, et in
 gloria ero in medio eius. Ps. Geruſalem,
 que edificatur ut ciuitas, cuius parti-
 cipatio eius in idipſum. * et ego. Zach. 2.
Ps. 121.

Lectio IV.

Et audiuit Zorobabel filius Salathiel,
 et Jeſus filius Joſedec ſacerdos magnus,
 et omnes reliquis populi, uocem Domini
 Dei ſui, et uerba Aggei propheta, ſicut
 miſit eum Dominus Deus eorum ad
 eos: et timuit populus a facie Domini.
 Et dixit Aggeus nuntius Domini: de
 nuntius Domini, populo dicens: ego
 uoluiſcum ſum, dicit Dominus. Et ſus-
 citauit Dominus ſpiritum Zorobabel
 filii Salathiel Ducis Iuda, et ſpiritum
 Jeſu filii Joſedec ſacerdotis magni, et
 ſpiritum reliquorum de omni populo:

et in grege sunt, et faciiebant opus in domo
Domini exercituum dei sui.

R. Zorobabel et Jesus in diebus suis edi-
ficaverunt domum et exaltaverunt
templum sanctum Domino, paratum in
Hierusalem sempiternam. V. Fundat tem-
plo Domini, concinebant in hymnis
et confessione Domino. et V. gloria.
et exaltaverunt. Euli. 49. Ep. 15.

In II. nocturno.

Lectio V.

Ex libro sancti Cypriani Episcopi
et Martyris de mortalitate.

Quid aliud in mundo, quam pugna aduer-
sus diabolum quotidie geritur? quam
adversus iacula eius et tela conflictatio-
nibus aspidis dimicatur? cum avaritia
obis, cum impudicitia, cum ira, cum
ambitione congregio est: cum carnalibus
vitis, cum illecebris secularibus aspidum
molesta luctatio est. Obsessa mens ho-
minis et undique diaboli infestatione
ellata vix occurrit singulis, vix resistit.
avaritia prostrata est, exurgit libido:
libido compressa est, succedit ambitio:
ambitio contenta est, ira exasperat,
inflat superbia, vinolentia irritat,
vidua concordiam rumpit, amicitiam
elus abscondit.

Confortentur manus vestre, qui au-
tis in his diebus, sermonis propheta-
rum, et erit, sicut eratis maledictio
gentibus, si eritis benedictio. V.
et estis filii prophetarum et testamenti,

Prop. de Tempore. 25.

193.

P. A.

quod disposuit Deus ad patres nostros. * et cetera.

Zach. 8. act. 5.

Lectio VI.

Tot persecutiones animus quotidie patitur,
tot periculis peritus urgeatur; et delectat huiusmodi
diaboli gladius diu stare; cum potius concupis-
cendum sit et optandum, ad Christum subuenien-
te velocius mori, properare, ipse instructe
nos et dicente: amen, amen dico vobis, quoniam
vos plorabitis et plangebitis, sed tristitia vestra
in letitiam veniet. quis non tristitia carere
optet? quis non ad letitiam venire festinet?
quando autem in letitiam veniet nostra
tristitia, Dominus deus ipse declarat dicens:
iterum videbo vos, et gaudebit cor vestrum,
et gaudium vestrum nemo auferet a vobis.
Cum ergo Christum videre, gaudere sit, nec pos-
sit esse gaudium nostrum, nisi cum viderimus
Christum; que caecitas animi, quare dolen-
tia est, amare prepuras et penas et lacrymas
mundi, et non festinare potius ad gaudium,
quod nunquam potest auferri?

R. Affluent civitates meae bonis: * et conso-
labitur adhuc Dominus Sion, et deliget ad-
huc Ierusalem. V. Consolabor vos, et iuge-
rusalem consolabimini. * et. Zach. 1. cap. 66.

Lectio VII.

Hoc autem sit, fratres dilectissimi, quia
fides deest, quia nemo credit vera ope, qua
promittit Deus, qui verax est, cuius sermo
credentibus eternus et firmus est. Si tibi
vir gravis et laudabilis aliquid polliceretur,
haberet utique pollicenti fidem, nec se
falli aut decipi ab eo crederes, quem stare
in sermonibus atque in actibus suis scires.
Et cum Deus tecum loquitur: et tu mente

incredula perfidus fluctuas? Deus de hoc mun-
do recedente tibi immortalitatem atque
eternitatem pollicetur, et tu dubitas?
Hoc est, Deum omnino non nosse; hoc est,
Christum credentium Dominum et magistrum
peccato incredulitatis offendere; hoc est,
in Ecclesia constitutum fidem in domo fidei
non habere.

R. Cor suum posuerunt, ut adamantem,
ne audirent legem et verba prophetarum
priorum. & et facta est indignatio mag-
na a Domino exercituum. V. Judicium
Domini cum habitatoribus terra: non est
enim veritas, et non est misericordia, et
non est scientia Dei in terra. & et facta.
Barth. 1. Ose. 4.

Lectio VIII.

Quantum profit exire de seculo, Christus
ipse salutis atque utilitatis nostrae
magister ostendit, qui cum discipulis eius
contristarentur, quod se iam diceret
recepturum, locutus est ad eos dicens: si
me diloxissetis, gauderetis, quoniam
vado ad Patrem: docens scilicet et ostendens,
cum chari, quos diligimus, de hoc seculo
recedunt, gaudendum potius quam dolen-
tum. Cuius rei memor beatus apostolus
Paulus in Epistola sua ponit et dicit: mihi
vivere Christus est, et mori laetum; lu-
rum maximum computans, iam seculi
a quois non tenet, iam nullis peccatis
aut vitis carnis obnoxium fieri, ex omnium
reparis argentibus, et venenatis

196.
diaboli faucibus liberatum, ad letitiam sa-
culis aeterno Christo usante proficisci.

R. Etiam magna multitudo dulcedinis
tuo Domine, quam abscondisti timentibus
te! * perfecisti eis, qui sperant in
te. V. O Israel, quam magna est
gloria domus Dei; et ingens locus pos-
sionis eius. * perfecisti. V. Gloria. *
perfecisti. Ps. 90. Baruch. 5.

In III. nocturno.

Lectio IX.

De Epistola beati Pauli apostoli
ad Hebraeos. cap. 8.

Talem habemus pontificem, qui confedit
in dextera sedis magnitudinis in caelis,
sanctorum ~~registor~~ minister, et taber-
naculi veri, quod fixit Deus, et non homo.
Omnis enim pontifex ad offerendum mu-
nera et hostias constituitur: unde necesse
est, et hunc habere aliquid, quod offerat.
Si ergo opes super terram, nec opes sacerdos;
cum opes, qui offerant secundum legem
munera, qui exemplari et umbra deser-
uiunt caelestium. Sicut responsum est Moy-
si, cum consummare tabernaculum: vi-
de, inquit, omnia facta secundum exemplar,
quod tibi ostensum est in monte. At hunc
autem melius sortitus est ministerium,
quanto et melioris testamenti mediator
est, quod in melioribus re-promissionibus
sanctum est.

R. Eamus et deprecemur faciem Domini:
* et veniant populi multi ad quercendum
Dominum exercituum in Ierusalem. V.

In monte Sion, et in Gerusalem erit sal-
vatio, et in residuis, quos Dominus vacaverit.
* et. Zach. 8. Joel. 2.

Lectio X. cap. 9.

Habuit quidem et prius iustificaciones cul-
turo, et sanctorum seculare. Tabernaculum
enim factum est primum, in quo erant
candelabra, et mensa, et propitiatio pa-
num, quo dicitur sancta. Post velamentum
autem secundum, tabernaculum, quod
dicitur Sancta Sanctorum: aureum habens
thuribulum, et arcam testamenti circum-
tectam ex omni parte auro, in qua una
aurea habens manna, et virga Aaron,
que fronduerat, et tabula testamenti: su-
perque eam erant cherubim glorie obum-
brantia propitiatorium: de quibus non
est modo dicendum per singula.

Et Salvabit Dominus tabernacula Iuda si-
ut in principio: * et effundam super ha-
bitatores Gerusalem spiritum gratiae et
necum. V. Sicutis, quia ego Dominus Deus
vester, habitans in Sion monte sancto meo;
et erit Gerusalem sancta. * et effundam.
Zach. 12. Joel. 13.

Lectio XI.

his vero ita compositis, in priori quidem
tabernaculo semper introibant sacerdotes,
sacrificiorum officia consummantes: in
secundo autem semel in anno solus pontifex,
non sine sanguine quem offert pro sua et
populi ignorantia: hoc significante spiritu
novo, nondum propalatae spe sanctorum
iam, adhuc priore tabernaculo habente
statum. quo parabola est temporis instantis,
ista quam munera et hostia offeruntur,

que non possunt iuxta consecrationem perfectum facere seruientem, solum modo in cibis et in potibus, et variis baptismatibus, et iustitiis carnis usque ad tempus correctionis inpositis.

R. Non est mihi voluntas in vobis, et munus non suscipiam de manu vestra: & ab ortu enim solis usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus. V. Quoniam ipsi non permanserunt in testamento meo; et ego neglexi eos, dicit Dominus. & ab ortu. Mal. j. Hebr. 8.

Leuitico XII. cap. 10.

Consideremus (itaque) invicem in provocationem charitatis et honorum operum: non deserentes collectionem nostram, sicut consuevit inis est quibusdam, sed consolantes, et tanto magis quanto videritis appropinquantem diem. Voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia: terribilis autem quodam expectatio iudicii, et ignis emulatio, quo consumuntur adversarios. Irribam quis faciens legem Moysi, sine ulla misericordie duobus vel tribus testibus moritur: quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei contumaciter, et sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, et spiritui gratia contumeliam fecerit? Scimus enim qui dicit: mihi vindicta, et ego retribuam. Et iterum: quia iudicabit Dominus populum suum. Horrendum est in videre in manus Dei viventis.

R. pro Dominica. Seraphim clamabant alter ad alterum: & Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus exercituum: & plena est omnis terra gloria

cuis. V. Tres sunt, qui testimonium dant in caelo,
Pater, Verbum et Spiritus sanctus: et hi tres u-
num sunt. & sanctus. V. Gloria. & . Alena.
U. 6. i. joan. 5.

Q. infra hebdomadam. Magnus dies Domini
et terribilis valde, et quis sustinebit eum? &
tunc ergo convertimini ad Dominum Deum
vestrum, quia benignus et misericors est. V.
Elevabit signum in nationibus; et tunc festi-
mus velociter veniet. & tunc. V. Gloria. &
tunc. Joel. 2. gfa. 5.

Sequentia sancti Evangelii secundum
Matthaeum. cap. 8.

In illo tempore: cum descendisset Jesus de mon-
te, secuta sunt eum turba multo. Et ecce! le-
prosus veniens adorabat eum dicens: Domine, si-
ris, potes me mundare. Et extendens Jesus ma-
num, tetigit eum dicens: volo, mundare. Et
immediately mundata est lepra eius. Et ait illi Jesus:
vide, nemini dixeris: sed vade, ostende te sacer-
doti, et offer munitus, quod precepit Moyses in
testimonio illis. Cum autem introisset
in pharnasum, accepit ad eum centurio, rogans
eum et dicens: Domine, puer meus iacet
in domo paralyticus, et male torquetur. Et
ait illi Jesus: ego veniam, et curabo eum.
Respondens centurio ait: Domine, non sum
ignus, ut intres sub tectum meum, sed
tantum die verbo, et sanabitur puer meus.
Nam et ego homo sum sub potestate constitutus,
habens sub me milites: et dico huic: vade,
et vadit; et alii: veni, et venit; et sero meo:
fac hoc, et facit. Audiens autem Jesus mira-
tus est, et sequentibus se dixit: amen dico
vobis, non inveni tantam fidem in Israel.
Tunc autem vobis, quod multi ab oriente,
et occidente venient, et recumbent ante abraham,

et Isaac et Jacob in regno caelorum; filii autem
regni eius eiciuntur in tenebras exteriores:
ibi erit fletus et stridor dentium. Et dixit
Iesus centurioni: vade, et sicut credidisti,
fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora.

Ad Bened. ant. Accipit ad Iesum centurio,
rogans eum, et dicens: Domine, puer meus
iacet in domo paralyticus, et male torquetur;
* et ait illi Iesus: ego veniam et curabo
eum. Matth. 8.

Oratio Saa. Greg.

Omnipotens sempiternae Deum infirmita-
tem nostram propitius respice; atque ad
protegendum nos dexteram tuae maiestatis
extende. Per Dominum.

Ad Magnif. ant. Dixit Iesus centurioni:
vade, et sicut credidisti, fiat tibi: * et sana-
tus est puer in illa hora. Matth. 8.

Teria II.

Lectio 1.

De Aggeo Propheta. cap. 2.

Factum est verbum Domini ad Aggeum
prophetam dicens: hoc dicit Dominus exerci-
tuum: interroga sacerdotes legem, dicens:
si tulerit homo carnem sanctificatam in ora
vestimenti sui, et tetigerit de summitate
eius panem aut pulmentum, aut vinum,
aut oleum, aut omnem cibum; numquid
sanctificabitur? Respondentes autem sacerdotes
dixerunt: non. * Et dixit Aggeus: si tetigerit
pollutus in anima ex omnibus his, num-
quid condemnabitur? et responderunt sacer-
dotes, et dixerunt: condemnabitur. Et respon-
dit Aggeus et dixit: si populus iste, et si gens
ista ante faciem meam, dicit Dominus, et
hic omne opus manuum eorum: et omnia

que obtulerunt ibi, contaminata erunt. g.
 Et nunc ponite corda vestra a die hac et supra,
 antequam ponere hunc lapid super lapidem in
 templo Domini. Cum aueritis ad aceruum
 viginti modiorum, et fient decem: et in-
 trarebis ad torcular, ut exprimeretis quin-
 quaginta lagenas, et fiebant viginti. Peras-
 livos vento urente et aurugine, et grandine
 omnia opera manuum vestrarum: Anon
 huius in vobis, qui revertetur ad me, dicit
 Dominus. * Et factum est verbum Domini
 secundo ad Aggeum dicens: loquere ad Zoro-
 babel ducem Iuda, dicens: ego movebo ce-
 lum pariter et terram: et subvertam solium
 regnorum, et conteram fortitudinem regi-
 tentium: et subvertam quadrigam et
 ascensorem eius: et descendent equi, et af-
 fensores eorum, vir in gladio fratris sui.
 In die illa, dicit Dominus exercituum,
 aspernam te Zorobabel fili Salathiel
 serue meus, dicit Dominus, et ponam te
 quasi signaculum, quia te elegi; dicit
 Dominus exercituum.

Sp. ex I. et ab. Dominico precedentis.

Lectio II.

De expositione sancti Hieronymi
 Presbyteri.

Considera, sacerdotum esse officium, de lege in-
 eroganti respondere. Si sacerdos est, sciat
 legem Domini: si ignorat legem, ipse se ar-
 bitrat non esse sacerdotem. Sacerdotis enim est
 scire legem, et ad interrogationem respon-
 dere de lege. Tam ex veteri quam ex novo
 Testamento sacerdotum esse officium novi-
 mus, scire legem Dei, et respondere ad quo-
 erunt interrogati. et hoc simplicitatem

et ciborum continentiam in magistro sufficere, nisi quod ipse facit, populi et alios erudire. Certe quia responsuros puto: hoc eorum opes, qui se ab adolescentia preparant ad docendum; frequentes autem iudicio Domini et populorum suffragio in sacerdotium simplices eligi: saltem illud habeant, ut postquam sacerdotes fuerint ordinati, discant legem Dei, ut populi docere quod didicerint; et augeant scientiam magis quam opes, et non erubescant a laicis discere, qui noverunt ea, que ad officium pertinent sacerdotum: magis que noctes et dies in scripturarum tractatu, quam in ratiociniis et supputatione consumant.

Teria III.

Lectio I.

Incipit Zacharias propheta.

cap. i.

In mense octavo, in anno secundo Darii regis factum est verbum Domini ad Zachariam filium Barachis filii Aldo prophetae, dicens: iratus est Dominus super patres vestros iracundia. Et dicit ad eos: hoc dicit Dominus exercituum: convertimini ad me, ait Dominus exercituum; et convertar ad vos, dicit Dominus exercituum. Et esse filios sicut patres vestri, ad quos clamabant prophetae priores dicentes: hoc dicit Dominus exercituum: convertimini de viis vestris malis et de cogitationibus vestris peccatis: et non audierunt neque attenderunt ad me, dicit Dominus. Patres vestri ubi sunt? et prophetae

numquid in sempiternum vivent? Verum-
 tamen verba mea et legitima mea, quae
 mandavi servis meis prophetis, numquid non
 comprehenderunt patres vestros, et conversi-
 hant, et dixerunt: sicut cogitavit Dominus
 exercituum facere nobis secundum vias nostras,
 et secundum adinventiones nostras, factum
 nobis. ¶ Et respondit angelus Domini et
 dixit: Domine exercituum usquequo tu
 non misereberis Jerusalem et urbem Iuda,
 in quibus iratus es? Hic iam septuagesimus
 annus est. Et respondit Dominus angelo,
 in loquebatur in me, verba bona, verba
 consolatoria. ¶ Et dixit ad me angelus,
 in loquebatur in me, clama dicens, hoc dicit
 Dominus exercituum: Relatus sum Jeru-
 salem et Sion zelo magno. Et ira magna
 ego irascor super gentes opulentas: quia ego
 solus sum parvus, ipsi vero adinverunt in
 altum. Propterea hoc dicit Dominus:
 revertar ad Jerusalem in misericordias, et
 murus meus edificabitur in ea, ait Dominus
 exercituum, et perpendicularium extendetur
 per Jerusalem.

Ex II. et ult. Dominicae precedentis.

Lectio II.

De expositione sancti Cyrilli Episcopi
 alexandrini. prol. in comment.
 us huius prophetiae sit ratio, et quales
 rationes intexat, opere pretium est expo-
 nere. Vindictam enim, quam sustinebant,
 civitate soluta obiectat, ut qui divinum
 mandatum non leviter neglexerunt, et
 sapientissimum Moysen divinitus pro-
 pheta condemnare consueverunt: extorrensque

illos non medio cetera, ad voluntatem con-
sequendo laudis ex facultate Deo per om-
nia obediendi impellit. Adit porro, nisi
boni et morigeri, divinisque legibus ob-
sequentes fuerint, papuros duriora illis, quo
ipsorum maiores perpessi sunt. Et quodam
modo institutionis sue sermones dilatans,
docere aggreditur, quo patrum studia
fuerint, et ob quo divinus super eos furor
stillaucrit, et quonam modo postea perie-
runt. Item quo pacto ipsi libertati, et ser-
vilitis iugo exempti in judaeam remigra-
verint. Adjungit his adhuc, subdixi, gra-
viora papuros, si maiorum vestigiis in
amore Dei recitendo insistere contulerint.
Ubique autem liberationis olim per Christum
futuro meminit, et mysterium in eo ad-
hibendum multifariam nobis describit.

Feria IV.

Lectio I.

De Zacharia Propheta. cap. 2.

Levavi oculos meos, et vidi: et ecce vir, et in
manu eius funiculus mensurum. Et dixi: quo
tu vadis? Et dixit ad me: ut metiar Jerusalem,
et videam, quanta sit latitudo eius, et quanta
longitudo eius. Et ecce angelus, qui loquebatur
mihi, egrediebatur, et angelus alius egredieba-
tur mihi occursum eius. * Et dixit ad eum: aure;
loquere ad puerum istum, dicens: absque muro
habitabitur Jerusalem pro multitudine homi-
num et iumentorum in medio eius. Et ego
ero ei, ait Dominus murus ignis in circuitu,
et in gloria ero in medio eius. O, surgite de
terra pagulonis, dicit Dominus: quoniam in
quatuor ventos caeli dispersi vos, dicit Dominus.

Sion fuge, quo habitas apud filiam Babilonis. 9. Quia haec dicit Dominus exercituum: Post gloriam misit me ad gentes, quo spoliarentur vos: qui enim tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei. quia ecce ego levo manum meam super eos, et erunt proda his, qui serviant sibi: et cognoscetis, quia Dominus exercituum misit me. Lauda et letare filia Sion, quia ecce ego venio, et habitabo in medio tui, ait Dominus. * Et applicabuntur gentes multae ad Dominum in die illa, et erunt mihi in populum, et habitabo in medio tui: et scies, quia Dominus exercituum misit me ad te. Et possidebit Dominus iudam artem suam in terra sanctificata, et eliget dnu Jerusalem. Silcat omnis caro a facie homini, quia confurrexit de habitaculo sancto.

Ex III. Voc. Dominicae precedentis.

Lectio II.

De expositione sancti Cyrilli
episcopi alexandrini.

Post gloriam misit me ad gentes. His verbis Christum in fide ~~visitatum~~ iustificatos, et iustificatos in spiritu alloqui, et incarnationis modum ostendere dicimus. Post gloriam unum misit me ait, nec potest orationis utilitatem adhibere ullo modo. Si enim iam in omnia Dei Patris esset, qui ex ipso et in ipso et Deus verbum, non rapinam arbitratus, et se se equalem Deo, sicut scriptum est, nihilominus ad formam servi devenit, et humiliavit semetipsum factus similis nobis, et modo non post gloriam ipsi summopere ingruentem factus est? Quo igitur causa est, ut temporalem ignominiam pateretur? Quia venit spoliatum spoliatores, et qui

degentes in terris, id est, nos iugo suo subiecerant, quos maligno et adversaria potestate impotenter deprodebantur, nunc vicissim foliantur, Christo omnium nostrum solatore nos in ipso congregante per fidem, et adoratores suos illorum potentia et dominatione afflictatos instrumente, tantamque securitatem afferente, ut qui nobis exhibere molestiam conetur, tantum non pupillam suam tangat.

Feria V.

Lectio I.

De Zacharia Propheta. cap. 7. 8.

Factum est verbum Domini exercituum ad me dicens: loquere ad omnem populum terre, et ad sacerdotes dicens, cum ieiunaretis et plangeretis in quinto et septimo per hos septuaginta annos, numquid ieiunium ieiunastis mihi? Et cum comedistis et bibistis, numquid non volis comedistis et bibistis vobis metipso bibistis? * Et factum est verbum Domini ad Zachariam dicens: hoc ait Dominus exercituum dicens: iudicium verum iudicate, et misericordiam et miserationes facite unus quisque cum fratre suo. Et viduum et pupillum, et advenam, et pauperem nolite calumniari: et malum viri fratris suo non cogitet in corde suo. Et noluerunt attendere, et averterunt scapulam recedentem, et aureas suas aggravaverunt, ne audirent. g. Et cor suum posuerunt ut adamantem, ne audirent legem, et verba, quo misit Dominus exercituum in spiritu suo per manum prophetarum priorum: et facta est indignatio magna a Domino exercituum. Et factum est sicut locutus est, et non audierunt: sic clamabunt, et non exaudiam.

iit Dominus exercituum. Et dispersit eos per
 omnia regna que nesciunt, et terra desolata est
 habitans, eo quod non esset transiens et revertens:
 et profuerunt terram desiderabilem in desertum.
 Et factum est verbum Domini exercituum
 dicens: hec dicit Dominus exercituum: Zela-
 tus sum Sion zelo magno, et indignatione
 magna zelatus sum eam. Hec dicit Dominus
 exercituum: reversus sum ad Sion, et habita-
 bo in medio Ierusalem: et vocabitur Ierusa-
 lem civitas veritatis, et mons Domini exer-
 cituum non sanctificabitur.

R. ex I. claud. dominica precedentis.

Lectio II.

De expositione sancti Agrippi Episcopi
 Alexandrini.

Testificatus Deus, Iudaeos non destitisse contra
 e irritare universorum iudicem. Nam cum
 iaceret sanctorum Prophetarum sermonibus
 et temperare, et iuxta legislatoris genere se
 amplecti; ipsi vitam laude dignam, legibus-
 que per omnia consonam, et iter virtutis
 solum fugientes profecti fuerunt, et verba,
 nibus erudiebantur, flocci pendentes corde
 inflexibili ac prae ferreo fuerunt. Neuti-
 am enim desierunt Dei verbum convitiis
 rescindere, et illud apportantes, Prophe-
 tumque officio fungentes acerbè et impie
 coniurare, quamvis in spiritu sancto lo-
 crentur. Eo autem iam feritatis et deli-
 ctionis, omnem admonitionem repudian-
 s, proceperant, ut poenitere nollent,
 nec praenuntiata mala sentirent, et
 a in supplicia a Deo irato illis iniuncta
 caderunt. Verbis (igitur) divinis non

obedire perniciosum esse, etiam ex casibus antiquorum videre licet: nec multum ad probandum opus est, cum res cui libet manifesta sit, qui semel prompta obedientia bona cognoverit.

Seria VI.

Lectio I.

De Zacharia Propheta. cap. 8.

Hoc dicit Dominus exercituum: confortentur manus vestre, qui auditis in his diebus sermones istos per os prophetarum, in die qua fundata est domus Domini exercituum, ut templum edificaretur. Siquidem ante dies illos merces hominum non erat, nec merces iumentorum erat, neque introeunti neque exeunti erat pax pro tribulatione: et dimisi omnes homines, unumquemque contra proximum suum. * Et tunc autem non iuxta dies priores, ego faciam reliquias populi huius, dicit Dominus exercituum, sed semen pacis erit: vinea dabit fructum suum, et terra dabit germen suum: et confidere faciam reliquias populi huius, iuxta hoc. Et erit, sicut eratis maledictio in gentibus, domus Juda et domus Israel, sic salvabo vos, et eritis benedictio: nolite timere, confortentur manus vestre. 9. Quia hoc dicit Dominus exercituum: siad cogitavi, ut affligerem vos, cum ad iracundiam provocassetis patres vestros, dicit Dominus, et non sum miseratus, sic conversus cogitavi in diebus istis, ut benefaciam domui Juda et Jerusalem: nolite timere. * Haec sunt ergo verba, quae facietis: lo-

minimi veritatem unusquisque cum
 coram suo: veritatem et iudicium pacis
 dicite in portis vestris. Et unusquisque
 alium contra amicum suum ne cogitatis in
 iudiciis vestris: et iuramentum mendax ne
 iuratis: omnia enim haec sunt, quae edixit
 Dominus.

Ex II. et III. Dominicae praecedentis.

Lectio II.

De expositione sancti Cyrilli episcopi

Alexandriani.

in captivitate ducti Israelitae, et vitio-
 rum iniqua imperia perferentes, etiam ma-
 ledicti sunt vocati, dicentibus quibusdam,
 quod a vero non abhorret: ne mihi contingat,
 quod Israelitae. Ubi autem eos salvavit miseri-
 cors Deus, et in pristina bona sua restituit,
 cum calamitatibus opinionem quoque
 maledictorum habere desierunt. Benedicti
 sunt enim, et aequae ut olim beati fuerunt,
 deo supernis bonis eos oblectante, et totius
 securitatis velut campos ipsis pendente.
 Quod in nobis ipsis verum conspicitur. Eramus
 enim maledicti, gregibus demonum subditi,
 ad omne genus improbitatis illorum
 scelere devoluti. At ubi Dominum universorum
 principem cognovimus, et a Christo cogniti
 sumus, tunc cantare intra nosmetipsos
 vidimus: benedicti nos a Domino, qui
 fecit caelum et terram. quoniam autem
 ad tantum honorem et gloriam vocati
 sumus, bonis operibus operam dare
 nos necesse est, et affectiones vitiosas vi-
 ciliter debellare, et peccatum excari,
 et in evangelicis legibus servandis excellere,

et ad id, quod Deo gratum est, rite efficien-
dum incumbere. Audivimus enim aule-
mantem nobis: confidite et confortamini
in manibus vestris. adepti porro sumus a
Christo, ut confidere debeamus, vixit enim
pro nobis mundum, et concutavit hostes,
et templum suum a morte mortuum effudit,
et iniquitatis os obturavit, ut et nos in his
clareamus. Vixit enim, ut dixi, non sibi,
sed nobis infirmis, quibus bona victoria
sua comparavit.

Sabbato.

Lectio I.

De Zacharia Propheta. cap. 10. 11.

Simulacra locuta sunt inutile, et Divini
viderunt mendacium, et somniantores lo-
cuti sunt frustra, vane consolabantur:
idcirco abducti sunt quasi grex; affigentur,
quia non est eis pastor. Super pastores ira-
tus est furor meus, et super hircos visitabo:
quia visitavit Dominus exercituum gregem
suum, domum Juda, et populi eos quasi
equum glorio suo in bello. * Aperi libane
portas tuas, et comedat ignis cedros tuas.
Ulula abies, quia cecidit cedrus, quoniam
magnifici vastati sunt. ululate quercus
Basan, quoniam succus ^{isus} est saltus mu-
nibus. Vox ululatus pastorum, quia vasta-
ta est magnificentia eorum: vox rugitus
leonum, quoniam vastata est superbia
Jordanis. ¶ Hoc dicit Dominus Deus meus:
pascite pecora occisionis, quos, qui possederunt,
occiderunt, et non dolebant, et vendebant
ea, dicentes: benedictus Dominus, divites

casti sumus. et pastores eorum non parcant
 eis. Et ego non parcam ultra super
 habitantes terram. Dicit Dominus: ecce ego
 radam homines unumquemque in manu
 eorum. * Et dixit Dominus ad me: adhuc
 hunc tibi vasa pastoris suntu. quia ecce
 ego suscitabo pastorem in terra, qui dere-
 licta non visitabit, dispersum non quaeret,
 et contritum non sanabit, et id quod stat non
 aedificabit, et carnes pinguium comedet, et
 ungulas eorum dissecet. O pastor et idolum,
 derelinquens gregem: gladius super brachium
 eius, et super oculum dextrum eius: bra-
 chium eius ariditate succidetur, et oculus
 dexter eius tenebrosus obscurabitur.
 Ps. ex III. et Oct. Dominicae praecedentis.

Lectio II.

De expositione sancti Hieronymi
 Presbyteri.

Super pastores et principes ac sacerdotes
 iatus est Dominus, et super hiros, et po-
 pulum visitavit iuxta illud quod scriptum
 est: grece perditus factus est populus meus,
 pastores eiecerunt eos; ut vitio magistrorum
 discipuli punirentur, non in iustitia iudicis,
 in peccata patrum reddit in filios; sed quia
 in peccatis patrum populus applausit simul.
 Iste peccata occisionis. Ubi manifestissima
 prophetia est, superflua est tropologia inter-
 relatio, ut alios bonos alios malos dicamus
 sic pastores, et hoc tam ad veterem popu-
 lum referri, quam ad novum, id est, tam ad
 veterum sacerdotes et principes, quam ad
 discipulos et presbyteros Christianorum: et

quicumque pastores fuerint negligentes,
 et unum de minimis scandalizaverint,
 ipsos esse qui nutriant pecora occisionis,
 et non patientur super eis quidquid, nec
 doleant, nec possint dicere cum apostolo:
 quis scandalizabit me, et ego non irascor? et ven-
 dant populos sibi creditos, de quibus scriptum
 est: qui devorant populum meum sicut
 cibum panis, et ex aliorum moribus vi-
 vitias consequantur, laudantes eos qui
 predae agunt de miseris, et iniquis bene-
 dicentes. Pastor (autem) bonus egrotantia
 pecora visitat; dispersa inquirunt; relicta
 affert; lesa sustentat. Contrarius pastor
 malus omnia adversa agit, et canes pin-
 quium devorat, unguulas arietum et
 ovium diripit atque pervertit, nec raro
 ingrediuntur pede.

Ad Vesperas Duplex.

Dominica XXV. post Pentecosten.

Ex quarta post Epiphaniam.

Duplex maius. 12. lect.

OB Haec Dominica ponitur, si Pascha
 occurrerit die 27. 28. 29. 30. 31. Martii.
 et 1. vel 2. Aprilis; secus, cum sequente
 hebdomada omittitur.

Sabb. ad Magnif. ant. Ezechiel vidit
 conspectum glorie: * quam ostendit illi
 Deus in curru Cherubim. Euli. 49.

Oratio ut infra ad Matutinas.

In I. nocturno.

Lectio I.

cap. i.

Et factum est in trigesimo anno, in quarto,
in quinta mensis, cum essem in medio capti-
vorum iuxta fluvium Chobar, et aperti sunt
caeli, et vidi visiones Dei. In quinta mensis,
ipse est annus quintus transmigratio-
nis regis Joachin, factum est verbum
Domini ad Ezechielem filium Buzi,
sacerdotem in terra Chaldeorum: et facta
est super eum ibi manus Domini. Et vidi,
et ecce ventus turbis veniebat ab quilo-
ne, et nubes magna, et ignis involvens,
et splendor in circuitu eius: et de medio
eius quasi species electi, id est, de medio
ignis: et in medio eius similitudo qua-
tuor animalium.

R. Fili hominis, vade ad domum Is-
rael, et loqueris verba mea ad eos: do-
mus autem Israel atrita fronte est,
et duro corde: et ecce dedi faciem tuam
valentiolem faciebuz eorum, et fron-
tem tuam duriolem frontibus eorum.
V. Ex his sunt qui resistunt veritati,
corrupti mente, reprobi circa fidem;
sed ultra non proficiunt. caec. Ezech. d.

2. Tim. 3.

Lectio II.

Et huius aspectus eorum: similitudo ho-
minis in eis. quatuor facies unius, et
quatuor penne unius. Pedes eorum pe-
des rectorum, et planta pedis eorum quasi
planta pedis vituli, et sunt tibiae quasi
aspectus seris candentis. Et manus ho-
minis sub pennis eorum in quatuor

partibus et facies et pennas per quatuor partes habebant. Simulque erant pennae eorum alterius ad alterum; non reuertebantur, cum inciderebant, sed unum quodque ante faciem suam gradiebatur. Similitudo autem unctus eorum: facies hominis, et facies leonis ~~ex~~ a dextris ipsorum quatuor; facies autem leonis a sinistris ipsorum quatuor, et facies aquile desuper ipsorum quatuor.

R. Versa est mihi domus israel in scoriam:
* omnes isti aes, et stannum et ferrum,
et plumbum in medio fornacis. *V.* Omnes
declinaverunt simul inutiles facti sunt.
non est qui faciat bonum. * omnes. Isa. 22.
Ps. 13.

Lectio III. cap. 2.

Hoc visio similitudinis gloriae Domini.
Et vidi, et cecidi in faciem meam, et audivi
vocem loquentis. Et dixit ad me: fili homi-
nis, sta super pedes tuos, et loquar tecum.
Et ingressus est in me spiritus, postquam
locutus est mihi, et statuit me supra pedes
meos: et audivi loquentem ad me, et dicen-
tem: fili hominis, mitto ego te ad filios
israel, ad gentes apostaticas, quae recepe-
runt a me: ipsi et patres eorum provaricati
sunt partem meam usque ad diem hunc.
Et filii dura facie et indomabili corde
sunt, ad quos ego mitto te. Et dices ad eos:
haec dicit Dominus Deus: si forte vel ipsi
audiant, et si forte quiescant, quoniam
domus exasperans est: et sicut, quia
propheta fuerit in medio eorum.

R. Loqueris ad eos uniuersos sermones;

215.
pro ego mandavi tibi, ut loquaris ad eos:
* si forte audiant, et convertantur unus-
quisque a via sua mala. V. Loquere ad
eos, quod appropinqua venit dies, offeri-
mo omnis visionis. * si forte. Jer. 26.
Ezech. 12.

Lectio IV.

Tu ergo fili hominis ne timeas eos, ne-
que sermones eorum metuas, quoniam
increduli et subversores sunt tecum, et
cum scorpionibus habitas: verba eorum
ne timeas, et uultus eorum ne formides,
quia domus exasperans est. Loqueris
ergo verba mea ad eos, si forte audiant
et quiescant: quoniam irritatores sunt.
Tu autem fili hominis audi, quocumque
loquor ad te, et noli esse exasperans, sicut
domus exasperatrix est: aperis os tuum,
et comede quocumque ego do tibi. Et
vidi, et ecce manus misit ad me, in qua
erat involutus liber: et cepit illud illum
coram me, qui erat scriptus in libro et
loris: et scripto erant in eo lamentatio-
nes, et carmen et uo.

R. Dicunt unus ad alterum: venite et
audiamus, quis sit sermo egrediens a Do-
mino: * et R. audiunt sermones tuos, et
non faciunt eos. V. Estote factores verbi,
et non auditores tantum, fallentes vos-
metipsos. R. audiunt. V. Gloria. R. audiunt.
Ezech. 32. Jac. 1.

In II. nocturno.

Lectio V.

Ex libro sancti Cypriani Episcopi et
Martiris de mortalitate.

Ad omnia te paratum facere timor Dei et
fides debet. Sit licet rei familiaris amissio,
sit de infestantibus morbis asidua mem-
brorum et cruenta vexatio, non sint tibi
scandala ista, sed proelia: nec delirulent
aut frangant Christiani fidem, sed potius
ostendant in colluctatione virtutem;
cum contemnenda sit omnis iniuria ma-
lorum presentium fiducia futurorum
bonorum. Ut si proceperit pugna, non
potest esse victoria: cum fuerit in pugna
congregatione victoria, tunc datur vinca-
tibus et corona. Gubernator in tempore
dignoscitur, in aie miles probatur. Felici-
ta iactatio est, cum periculum non est:
confluctatio in adversis probatio est veritatis.

R. Factum est verbum Domini ad me di-
cens: fili hominis, speculatore[m] dedit te
Domui Israel, & audies de ore meo verbum,
et annuntiabis eis ex me. V. Ut ali cubo-
cere testimonium Domini, sed collabora
evangelio secundum virtutem Dei & audies.
Ezech. 3. 2. Tim. 1.

Leitio VI.

Mori plane timeat, sed qui ex aqua et spiritu
santo non renatus gehemo ignibus mancipa-
tur: mori timeat, qui non Christi cruce et
passione censetur: mori timeat, qui ad secundam
mortem de hac mortalitate transibit: mori
timeat, quem de seculo recedentem perennibus
paenis aeterna flamma torquetur: mori timeat,
cui hoc mora longiore conferitur, ut cruciatus
eius et gemitus interim differantur. Multi
ex nostris in hac mortalitate moriuntur, hoc
est, multi ex nostris de seculo liberantur. Mor-
talitas ista ut Iudeis et gentilibus et Christi hosti-

ius pestis est, ita Dei seruis salutaris excipios est.
oc quod sine ullo discrimine generis humani
um iniustus moriuntur et iusti, non est, quod
in letis bonis et malis interitum ope commu-
nem ad refrigerium iusti vocantur, ad suppli-
cium rapiuntur iniusti: datur velocius tu-
cla fidentibus perfidis pena.

Coniuratio prophetarum est in mediog-
rael, sacerdotes eius polluerunt sanctuaria
mea: * quosivi de eis virum, qui staret op-
positus contra me pro terra, ne dissiparem
eam, et non inveni. N. Hic iam queritur
inter dispensatores (mysteriorum Dei) ubi-
elis quis inveniat. * quosivi. Israh. 22.
Cor. 4.

Lectio VII.

Improvidi et ingrati sumus, fratres dilectis-
sime! ad divina beneficia, nec quid nobis con-
feratur agnoscimus. Excedunt eue in pacetate
in gloria sua virgines, venientis antichristi.
inas et corruptelas et lupanaria non timentes,
veri periculum lubricae etatis evadunt,
de continentie atque innocentie premium
eliciter perveniunt: tormenta iam non time-
licata matrona, melum persecutionis et
sanus cruciatibus que carnificis, moriendi
cleritate lucrata. Cavore mortalitatis et
aporis auenduntur tepidi, confringuntur
nisi, excitantur ignavi: desertores compul-
entur, ut redeant: gentiles coguntur, ut
edant: vetus fidelium populus ad quietem
revertatur: ad aicem rectoris et copiosus exercitus
dore fortiore colligitur, pugnaturus sine
actu morbis cum prolium venerit, qui
militiam tempore mortalitatis accedit.

Hec dicit Dominus Deus: eo pastoribus
insipientibus, qui sequuntur spiritum

Prop. De Tempore. 28.

219.

G. A.

Suum: & in consilio populi mei non erunt,
eo quod deceperit populum meum, dicentes:
pax; et non est pax. V. Fuerunt pseudo-
propheta in populo, sicut et in vobis erunt
magistri mendaces. & in consilio. Ezech. 13.
2. Beth. 2.

Lectio VIII.

Meminisse debemus, voluntatem nos non
nostram, sed Dei facere debere; secundum
quod nos Dominus quotidie iussit orare.
quam propositum est quamque perver-
sum, ut cum Dei voluntatem fieri postulamus,
quando evocat nos et auersit de hoc mundo
Deus, non statim voluntatis eius imperio
pareamus. Obnitimus et reluctamur, et
pervicacium more servorum ad contemptum
Domini cum tristitia et maerore perducimur,
excutes isthinc necessitatis vinculo, non ob-
sequio voluntatis: et volumus ab eo promissis
caelestibus honorari, ad quem venimus invitati!
Quid ergo oramus et petimus ut adveniat
regnum caelorum, si captivitas terrena
delectat? quid precibus frequenter iteratis
rogamus et poscimus, ut auerret dies regni,
si maiora desideria et vota potiora sunt
servire isthinc diabolo, quam regnare cum Christo?

R. Vo pastoribus Israel qui pascebant
semetipsos: nonne grex a pastoribus pas-
cuntur? & lac comedebatis et lanis operie-
bamini; gregem autem meum non pasce-
batis. V. Hi sunt convivantes sine timore,
semetipsos pascentes. & lac. V. gloria. & lac.
Ezech. 34. Jude 12.

In III. nocturno.

Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli ad Hebraeos.

cap. ii.

Iustus meus ex fide vivit: quod si subtraxerit
e, non placebit animo suo. et vos autem non
sumus subtractionis filii in perditionem,
sed fidei in acquisitionem animo. Et autem
fides sperandarum substantia rerum, argu-
mentum non apparentium. In hac enim testi-
monium consecuti sunt senes. Fide intelli-
timus a Platone esse secula verbo Dei, ut ex in-
visibilibus visibilia fierent. Fide pluri-
mam hostiam abel, quam Cain obtulit Deo,
per quam testimonium consecutus est esse
iustus, testimonium perhibente muneribus
iuris Deo; et per illam defunctus adhuc loque-
batur. Fide Henoch translatus est, ne videret
mortem, et non inveniebatur, quia transtu-
it illum Deus: ante translationem enim
testimonium habuit placuisse Deo.

Et suscitabo super oves meas pastorem unum,
qui pascet eas, servum meum David. * ipse
erit eis in pastorem; ego autem Dominus
ero eis in Deum, et servus meus David prin-
eps in medio eorum. Ps. Pasce qui in
obis est, gregem Dei: et cum apparuerit
in capite pastorum, percipietis inmarcesci-
bilem glorie coronam. * ipse. Ezek. 34. j. Col. 5.

Lectio X.

In fide autem impossibile est placere Deo.
edere enim oportet accedentem ad Deum
via est, et inquirentibus se remunerator
1. Fide ab eis responso accepto de iis, qui adhuc
non videbantur, me meus apud arcam in
claustrum domus sue, per quam damnavit
mundum; et iustitiae, qua per fidem est,

heres est institutus. Fide qui vocatur abraham obediit in locum exire, quem suscepturus erat in hereditatem, et exiit nesciens quo iret. Fide demoratus est in terra, et promissionis tanquam in aliena, in casulis habitando cum Isaac et Jacob, cohereditibus re promissionis eiusdem. Expectabat enim fundamenta habentem civitatem, cuius artifex et conditor Deus.

Q. Congregabo filios Israel, et non erunt ultra duo gentes, neque polluentur in idolis suis; et erunt mihi populus: et pastor unus erit omnium eorum. V. Alias oves habeo, quae non sunt ex hoc ovili: illas oportet me adducere, et fiet unum ovile. Xp. pastor. Ezech. 37. Joan. 10.

Lectio XI.

Fide et ipsa Sara sterilis virtutem in conceptionem seminis accepit, etiam pro ter tempus etatis: quoniam fidelem credidit opem, qui re promiserat. Propter quod et ab uno orti sunt (et hoc emortuo) tanquam sidera caeli in multitudine, et sicut arena, quae est ad oram maris innumerabilis. Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis re promissionibus, sed a longe eas aspicientes et salubantes, et confitentes, quia peregrini et hospites sunt super terram. qui enim haec dicunt, significant se patriam inquirere. Et si quidem ipsius meminissent, de qua exierunt, haberent utique tempus revertendi: immo autem meliorem appetunt, id est, caelestem. Ideo non confunditur Deus vocari Deus eorum; paravit enim illis civitatem.

Q. Dabo eis cor unum, et spiritum novum tribuam in visceribus eorum, et ut in preceptis meis ambulent, et sint mihi in populum,

Ego sum eis in Deum. V. Ego congregabo reliquias gregis mei, et suscitabo super eos pastores, et pascunt eos. * ut. Ezech. ij. Jer. 29.

Lectio XII.

De obitu Abraham Isaac cum tentaretur, et unigenitum offerebat, qui susceperat re-promissiones; ad quem dictum est: quia in Isaac vocabitur tibi semen; arbitrans, quia a mortuis suscitare potens est Deus: unde cum et in parabolam augetur. Fide et de futuris benedixit Isaac Jacob et Esau. Fide Jacob moriens singulos filiorum Joseph benedixit, et adoravit lassigium virgo eius. Fide Joseph moriens de profetione filiorum Israel memoratus est, et de opibus suis mandavit.

R. pro Dominica. Seraphim p.

R. infra hebdomadam. Liberabo oves meas de omnibus locis, in quibus disperse fuerant in die nubis et caliginis, et inducam eas in terram suam: et in pascuis uberrimis pascant eas. Per me si quis introierit, salvabitur et refectus inveniet: ego veni ut vitam habeant, et abundantius habeant. * in. V. gloria. * in. Ezech. 34. Joan. 10.

Sequentia sancti Evangelii secundum Mattheum. cap. 8.

In illo tempore: ascendente Jesu in naviculam, secuti sunt eum discipuli eius: et ecce! motus magnus factus est in mari, ita ut navicula periretur fluctibus: ipse vero dormiebat. Hauserunt autem discipuli eius, et suscitaverunt eum, dicentes: Domine salva nos, perimus. Et dixit eis Jesus: quid timidi estis mortis Dei? Tunc surgens imperavit ventis et mari, et facta est tranquillitas magna. Porro homines mirati sunt, dicentes: qualis est hic, quia venti et mare obediunt ei?

Ad Bened. ant. Notus magnus factus est in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus: et suscitaverunt Jesum discipuli dicentes Domine salua nos, perimus. Matth. 8.

Oratio San. Greg.

Deus, qui nos in tantis periculis constitutos pro humana scis fragilitate non posse subsistere: da nobis salutem mentis et corporis; ut ea, pro peccatis nostris patimur, te adiuvante vincamus. Per Dominum.

Ad Magnif. ant. Surgens Jesus imperavit ventis et mari: et facta est tranquillitas magna. Matth. 8.

Teria II.

Lectio I.

De Ezechiele Propheta. cap. 3.

Et dixit Dominus ad me: fili hominis, quodcumque inveneris comede: comede volumen istud, et vadens loquere ad filios Israel. Et aperui os meum, et cibavit me volumine illo: et dixit ad me: fili hominis, venter tuus comedet, et viscera tua complebuntur volumine isto, quod ego do tibi. Et comedi illud, et factum est in ore meo sicut mel dulce. Et dixit ad me: fili hominis, vade ad domum Israel, et loqueris verba mea ad eos. Non enim ad populum profundi sermonis et ignote lingue tu mitteis, ad domum Israel: neque ad populos multos profundi sermonis et ignote lingue, quorum non popis audire sermones: et si ad eos mittereris, ipsi audient te. Quia domus Israel nolunt audire te, quia nolunt audire me: omnis quippe domus Israel atrita fronte est et durus corde. Eue dedi faciem

liam valentiorum faciebus eorum, et frontem
 tuam duriorum frontibus eorum. *Ut adman-*
tem et ut felicem dedi faciem tuam: ne timeas
eos, neque metuas a facie eorum, quia Dominus
exasperans est. & Et dixit ad me: fili hominis,
omnes sermones meos, quos ego loquor ad te,
apume in corde tuo, et auribus tuis audi: et
vade, ingredi ad transmigrationem, ad
filios populi tui, et loqueris ad eos, et discis:
haec dicit Dominus Deus: si forte audiant et
quiescant. Et apumfit me spiritus, et audivi
post me vocem commotionis. magno: bene-
dita gloria Domini de loco suo.

Ps. cx I. clviii. Dominica precedentis.

Lectio II.

*De expositione sancti Gregorii Papa
 in Ezechielam Prophetam.
 hom. 10.*

Pensemus, charissimi fratres mei: quam sit
 pia ista promissio, qua dicitur: venter tuus
 comedet, et viscera tua replebuntur volu-
 mine isto quod ego do tibi. Multi etenim
 legunt (Scripturas), et ab ipsa lectione ieiuni-
 unt. Multi vocem predicationis audiunt,
 sed post vocem vacui recedunt. quorum effi-
 venter comedit, viscera non replentur: quia
 nisi mente intellectum sacri verbi percipiunt,
 obliviscendo et non servando quo audierint, hoc
 in cordis visceribus non reponunt. Soepe autem
 nosdam videmus ad vocem predicationis quasi
 ex conversione compunctos, salitum non
 minimum mutasse, ita ut religiosam vestem
 humerent, sed ante cuncta vitia non calcarent,
 sed si mulis immaniter agitari, malitio
 dolore in proximi lesionem ferocescere, de
 offensis quibusdam leonis ante humanos oculos

Superbire, presentis mundi laura in hianter
 quorere, et de solo exterioris habitus, quem sum-
 serunt, sanctitatis fiduciam habere. quibus quid
 aliud dicendum, nisi hoc, quod magister egregius
 quibusdam legis exteriora servantibus loquitur,
 dicens: quia in Christo Jesu neque circumcisio
 aliquid valet neque preputium, sed nova crea-
 tura? Non enim magni est meriti, si quid
 foris erga nos agatur in corpore: sed magis opore
 persandum est, quid agatur in mente. Nam
 presentem mundum despiciere, transitoria
 non amare, mentem medullitus in humilitate
 Deo et proximo sternere, contra illatas con-
 tumelias patientiam servare, et custodia
 patientia dolorem malitiae a corde repellere,
 hoc est nova creatura. Tunc (autem) in nostris
 mentibus nova fiunt, cum a nobis vetusti
 hominis vitia transeunt, quando savi verbi
 preceptum venter comedit, et viscera medull-
 tus replentur.

Teria III.

Lectio I.

De Ezechiele Propheta. cap. 15.

Factum est verbum Domini ad me dicens: Fili
 hominis speculatorem dedi te domui Israel.
 Et audies de ore meo verbum, et annuntiabis
 eis ex me. Si dicente me ad impium: male
 morieris; non annuntiaveris ei, neque loquaris
 fueris, ut avertatur a via sua impia, et vivat.
 ipse impius in iniquitate sua morietur, sangui-
 nem autem eius de manu tua requiram.
 Si autem tu annuntia veris impio, et ille
 non fuerit conversus ab impietate sua et a
 via sua impia: ipse quidem in iniquitate
 sua morietur, tu autem animam tuam

liberasti. * Sed et si conversus iustus a iusti-
a sua fuerit, et fecerit iniquitatem: ponam
offendiculum coram eo, ipse morietur, quia
in annuntiasti ei: in peccato suo morietur,
et non erunt in memoria iustitiae eius, quas
tulit: sanguinem vero eius de manu tua
equivaram. Si autem tu annuntiaveris
iusto, ut non peccet iustus, et ille non pecca-
verit, vivens vivet, quia annuntiasti ei,
et tu animam tuam liberasti. g. Et facta
est super me manus Domini, et dixit ad me:
urgens egredere in campum, et tibi loquar
cum. Et surgens egressus sum in campum:
et ecce ibi gloria Domini stabat, quasi gloria
quam vidi iuxta fluvium Chobar: et cecidi
in faciem meam. Et ingressus est in me spiritus
dominus, et statuit me super pedes meos, et locutus
est mihi, et dixit ad me: ingredere et inclu-
dere in medio domus tuae. * Et tu fili ho-
minis, cum data sunt super te vincula, et
obligabunt te in eis, et non egredieris de medio
eorum. Et linguam tuam adhaerere faciam
calato tuo, et eris mutus, nec quasi vir
cuiuslibet: quia domus exasperans est. Cum
ultimam locutus fuero tibi, aperiam os tuum,
et dices ad eos: haec dicit Dominus Deus qui
audivit, audiat; et qui quiescit, quiescat; quia
domus exasperans est.

Ex II. Noct. Dominico procedentis.

Lectio II.

De expositione sancti Gregorii Episcopi.

hom. II. in Ezech.

In his verbis quid nobis notandum est, quid
obliviscendum, nisi quia nec subiectus
ex culpa propositi morietur, nec propositus
in culpa est, quando verba verba non audient

Prop. de Tempore. 29.

B. A.

225.

ex sua culpa moritur subiectus? Impio etenim mors debetur: sed ei a speculatore via vitæ nuntianda est, et eius impietas increpanda. Si vero speculator taceat, ipse impius in iniquitate sua morietur: quia impietatis eius meritum fuit, ut dignus non esset, ad quem speculatoris sermo fieret. Sed sanguinem eius Dominus de manu speculatoris requirit, quia ipse hunc occidit, quia cum tacendo morti providit. In quibus utrisque pensandum est, quantum sibi commissa sunt peccata subditorum atque propositorum: quia ubi subiectus ex sua culpa moritur, ibi is qui præest, quoniam tacuit, reus mortis tenetur. Pensate ergo fratres charissimi, pensate, quia et quod nos digni pastores non sumus, etiam ex vestra culpa est, quibus tales prelati sumus. Et si quando vos ad iniquitatem defluitis, etiam ex nostro hoc reatu est, quos obfistentes atque reclamantes in pravis desideriis non habetis. Vobis ergo et nobis parcat, si a pravo opere cessatis. Vobis et nobis parcamus, quando hoc, quod displicet, non tacemus. Vos convenimur, nos castigimur, nos rei esse ostendimur, quia sacerdotes vocamur, qui super ea mala, quæ propria habemus, alienas quoque mortes addimus: quia tot occidimus, quot ad mortem ire quotidie tepidi et tacentes videmus.

Seria IV.

Lectio I.

De Ezechiele Propheta. cap. 5.

Hoc dicit Dominus Deus: ista est Jerusalem, in medio gentium posui eam, et in circuitu eius terras. Et contempsit iudicia mea, plus esset impia quam gentes: et præcepta

nea ultra quam terra, quo in circuitu eius
 sunt iudicia enim mea proiecerunt, et in
 preceptis meis non ambulaverunt. * Et dicit
 Dominus Deus: quia superastis gen-
 tes, quo in circuitu vestro sunt, et in preceptis
 meis non ambulastis, et iudicia mea non
 tenuistis, et iuxta iudicia gentium, quo in circuitu
 vestro sunt, non estis operati, ideo hoc dicit
 Dominus Deus: ecce ego ad te, et ipse ego faciam
 in medio tui iudicia in oculis gentium. Et fa-
 ciam in te, quod non feci, et quibus similia
 ultra non faciam, propter omnes abomi-
 nationes tuas. §. Et dicit Dominus Deus: nisi pro eo, quod sanctum
 nomen violasti in omnibus offensionibus tuis,
 ego quoque confringam, et non pariet oculus
 meus, et non miserebor. Tertia pars tui peste
 noventur et fame consumetur in medio tui.
 Tertia pars tui in gladio cadet in circuitu tuo:
 et tertiam vero partem tuam in omnem ventum
 dispergam, et gladium euaginato post eos. *
 Et complebo furorem meum, et requiescere
 faciam indignationem meam in eis, et conso-
 labor: et scient, quia ego Dominus locutus
 sum in celo meo, cum implevero indigna-
 tionem meam in eis. Et dabo te in desertum
 et in opprobrium gentibus, quo in circuitu
 tuo sunt, in conspectu omnis pretereuntis.
 §. ex III. et ob. Dominico procedatis.

Lectio II.

De expositione sancti Gregorii Papae.

hom. ii. in Ezech.

Hoc nobis cum tremore considerandum est,
 ut modo iustus et omnipotens Deus, cum
 recedentibus peccatis irascitur, permittit,
 et cocata meus etiam in aliis labatur, sicut
 e Pharaone dicitur: ego indurabo cor eius.

Non (autem) cor peccantis Dominus obdurat,
 sed obdurare dicitur, cum ab obduracione non
 liberat. Misericors enim Deus tempus nobis
 ad poenitentiam relaxat; sed cum eius gratie
 patientiam nos ad augmentum vertimus
 culpe, hoc ipsum tempus, quod ad parcendum
 pie disposuit, districtius ad ferendum vertit;
 ut cum reverti quis etiam spatio temporis
 aucto rennerit, per hoc mala sua ad realium
 augeat, per quod ea diluere potuit, si conuer-
 ti voluisset. De benignitate ergo omnipo-
 tentis Dei iram sibi in die ire reprobus the-
 saurizat; quia dum ad poenitendum tempus
 accipitur, et ad peccandum exhibetur, ipsum
 remedium gratie vertit in augmentum
 culpe. Unde et omnipotens Deus, quia col-
 lata remedia conficit ad culpe augmentum
 trahi, ipsam benignitatem, quam contulit, in
 iudicii districtiorem vertit, ut inde postam-
 plius feriat, unde modo amplius expectat.
 Et quia homo deferere malum non vult, ut
 vivat, auget unde moriatur. Sed siue iustus
 in culpam, siue peccator in mortem conuertat,
 peccatori timendum est, ne hunc ex suo
 silentio reatus peccantium pariter involvat.

Seria V.

Lectio I.

De Ezechiele propheta. cap. 33.

Et factus est sermo Domini ad me dicens:
 fili hominis, uaticinare ad prophetas israel,
 qui prophetauerunt; et dices prophetantibus de
 de corde suo: audite uerbum Domini. Hoc
 dicit Dominus Deus: ue prophetis insipien-
 tibus, qui sequuntur spiritum suum, et
 nihil vident. quasi uulpes in desertis pro-
 pheta tui israel erant. & non ascendisti ex

verso, neque opposuistis murum pro domo
 israel, ut staretis in paelio in die Domini.
 Dent vana et divinant mendacium dicentes:
 Dominus, cum Dominus non miserit eos:
 et perseveraverunt confirmare sermonem.
 Numquid non visionem capam vidistis, et
 divinationem mendacem locuti estis? et di-
 xistis: ait Dominus: cum ego non fui locutus.
 9. Propterea haec dicit Dominus Deus: quia
 locuti estis vana, et vidistis mendacium, ideo
 ecce ego ad vos, dicit Dominus Deus, et erit
 manus mea super prophetas, qui vident va-
 na et divinant mendacium: in consilio po-
 puli mei non erunt, et in scriptura domus
 israel non scribebuntur, nec in terram israel
 ingrediantur: et scietis, quia ego Dominus Deus.
 Quod deceperint populum meum, dicentes:
 pax, et non est pax: et ipse edificabat parie-
 m, illi autem liniebant eum luto absque
 calcis. Et sic ad eos, qui liniunt absque tem-
 peratura, quod casurus sit: erit enim imber
 inundans, et dabo lapides prograndes de-
 super irruentes, et ventum procello dissi-
 pantem. Siquidem ecce cecidit paries, num-
 quid non dicetur vobis: ubi est litura, quam
 iniistis?

Ex I. capit. Dominico procedentis.

Lectio II.

De expositione sancti Gregorii Papae.

hom. 14. in euang.

Non pastor, sed mercenarius vocatur, qui non
 pro amore intimo oves dominicas, sed ad
 temporales mercedes pascit. Mercenarius quippe
 est, qui locum quidem pastoris tenet, sed
 cura animarum non querit: terrenis com-
 modis inhiet, honore prolationis gaudet,

Temporalibus lauis pascitur, in pensa sibi ab
 hominibus reverentia letatur. Iste sunt ele-
 nim mercedes mercenarii, ut pro eo ipso,
 quod in regi mine laborat, hic quod quoril
 inueniat, et ab hereditate gregis in posterum
 alienus existat. Utrum uero pastor sit an
 mercenarius, cognosci ueraciter non potest,
 si ouasio necessitatis deest. Tranquillitatis
 enim tempore plerumque ad gregis custo-
 diam sicut uerus pastor, sic etiam mercena-
 rius stat: sed lupus ueniens indicat, quo
 quisque animo super gregis custodiam statat.
 Lupus etenim super oves uenit, cum quilibet
 iniustus et raptor fideles quosque abque
 humiles opprimit. Sedis qui pastor ope
 uidebatur, et non orat, relinquit oves et
 fugit: quia dum sibi ab eo periculum me-
 tuit, resistere eius iniustitio non presu-
 mit. Fugit autem non mutando locum,
 sed subtrahendo solatium. quibus bene
 per prophetam dicitur: non ascendisti ex
 aduerso, neque opposuisti murum pro
 domo israel, ut staretis in prolio in die
 Domini. Ex aduerso quippe ascendere, est
 quibuslibet potestatibus prave agenti-
 bus rationis libera uoce contraire. Et
 in die Domini pro domo israel in pro-
 lio stamus, ac murum opponimus, si
 fideles innocentes contra peruersorum ini-
 iustitiam ex iustitio auctoritate uindi-
 camus.

Teria VI.

Lectio I.

De Ezechiele Propheta. cap. 13.

Hoc dicit Dominus Deus: erumpere faciam
 spiritum tempestatum in indignatione mea,
 et miber inuidans in furore meo erit, et

lapides grandines in ira in consumationem.
 Destruam parietem, quem linistis absque
 temperamento: et equabo eum terra, et reve-
 labitur fundamentum eius, et cadet, et con-
 tumetur in medio eius: et scietis, quia ego
 sum Dominus. * Et complebo indignatio-
 nem meam in pariete, et in his, qui lini-
 unt eum absque temperamento, dicamque
 vobis: non est paries, et non sunt qui linunt
 eum. Prophete Israel, qui prophetant ad
 Jerusalem, et vident ei visionem pacis: et non
 est pax, ait Dominus Deus. Et tu fili hominis
 pone faciem tuam contra filios populi tui,
 qui prophetant de corde suo. g. Et vocaui eos
 super eas, et dixi: hoi dicit Dominus Deus:
 ve qui consumunt pulvillo sub omni cubito
 manus, et faciunt cervicalia sub capite
 universae etatis ad capiendas animas: et
 cum caperent animas populi mei, vivifica-
 bant animas eorum. Et violabant me ad
 populum meum propter pugillum hordei
 et fragmen panis, ut interficerent animas
 que non moriuntur, et vivificarent ani-
 mas, que non vivunt, mendaces populo
 meo credenti mendacis. * Propter hoc hoc
 dicit Dominus Deus: ecce ego ad pulvillo
 vestros, quibus vos capitis animas volantes,
 et dirumpam eos de brachiis vestris, et dimi-
 nam animas, quas vos capitis, animas ad
 volandum. Et dirumpam cervicalia vestra,
 et liberabo populum meum de manu vestra,
 neque erunt ultra in manibus vestris ad pre-
 hendum: et scietis quia ego Dominus.
 Ps. cxii. Vult. Dominice procedatis.

Lectio II.

De expositione sancti Gregorii Papae.

lib. past. p. 2. cap. 8.

Nece est, ut rector solenter invigilet, ne
 hunc cupido placendi hominibus pulset: ne
 cum studiose interiora penetralem pro-
 vide exteriora subministrat, se magis a
 subditis diligi, quam veritatem querat:
 ne cum bonis adibus factus a mundo vide-
 tur alienus, hunc auctori reddat extraneum
 amor suus. qui nimirum amor proprius
 cum rectoris mentem ceperit, aliquando
 hunc inordinate ad molliem, aliquando
 vero ad asperitatem rapit. Ex amore ele-
 nim pro mens rectoris in molliem vertitur,
 quia cum peccantes subditos respicit, ne
 erga hunc eorum dilectio torpeat, corrigere
 non presumit. Non nunquam vero errata
 subditorum, quo in corpore debuerat, adu-
 lationibus demulcet. Unde bene per pro-
 phetam dicitur: ut his, qui consunt
 pulvillo sub omni cubito manus, et fa-
 ciunt cervicalia sub capite uniuersae etatis
 ad capiendas animas. Pulvillo quippe sub
 omni cubito manus ponere, est cadentes
 a sua rectitudine animas atque in huius
 mundi delatatione reclinantes blanda
 adulatione refovere. quasi enim pulvillo
 cubitus vel cervicalis caput iacentis excipi-
 tur, cum correptionis duritia peccanti sub-
 trahitur, etique mollietis favoris adhibetur,
 ut in errore mollior iaceat, quem nulla asperitas
 contradictionis pulset. Sed hoc rectores, qui
 se metipso diligunt, his procul dubio exhibent,
 a quibus se noceri posse in studio gloriae tempo-
 ralis vident. etiam quos nihil contra se valere
 conspiciunt, hos nimirum asperitate rigide sem-
 per invectionis premunt, nunquam ele-
 menter admonent, sed pastoralis mansue-
 tudine obediunt, iure dominatibus terreat.

Sabbato.

Lectio I.

De Ezechiele propheta. cap. iij.

enerunt ad me viri seniorum israel, et sedit
coram me. Et factus est sermo Domini ad
me dicens: fili hominis, viri isti posuerunt
in munditiis suis in cordibus suis, et scandalum
iniquitatis sue statuerunt contra faciem suam:
umquid interrogatus respondebo eis? Propter
hoc loquere eis, et dices ad eos: hoc dicit Dominus
Deus: homo homo de domo israel, qui posuerit in-
munditias suas in corde suo, et scandalum iniquita-
tis sue statuerit contra faciem suam, et venerit
prophetam interrogans per eum, ego Dominus
respondebo ei in multitudine inmunditiarum
earum: ut capiatur domus israel in corde suo,
quos receperunt a me in cunibus idolis suis. 9.
Propterea dicit Dominus ad domum israel: hoc dicit Dominus
Deus: convertimini et recedite ab idolis vestris,
et ab universis contaminationibus vestris aver-
te facies vestras. quia homo homo de domo is-
rael, et de proselytis quicumque advena fuerit
in israel, si alienatus fuerit a me, et posuerit
scandalum suum in corde suo, et scandalum iniquitatis
sue statuerit contra faciem suam, et venerit ad
prophetam, ut interroget per eum me: ego Do-
minus respondebo ei per me. Et ponam faciem
meam super hominem illum, et faciam eum in
implum, et in proverbium, et disperdam eum
in medio populi mei: et scietis quia ego Dominus.
Et propheta cum erraverit, et locutus fuerit
verbum, ego Dominus decepi prophetam illum:
et extendam manum meam super illum, et
delebo eum de medio populi mei israel. Et
narrabunt iniquitatem suam: iuxta iniquita-
tem interrogantis sui iniquitas propheta erit.

Propr. de Tempore. 30.

205.

B. A.

ut non erret ultra domus israel a me, neque
polluatur in universis provaricationibus suis,
sed sint mihi in populum, et ego sum eis in deum,
ait Dominus exercituum.

Act. ex III. et VII. Dominico procedentis.

Lectio II.

De expositione sancti Hieronymi presbyteri.

l. 4. in Ezek.

Et totius loci, ut latam explanationem brevi
sermone comprehendam, ista sententia: homo
homo non aliarum gentium, quarum error
potest habere veniam, sed domus israel, qui
cum pristinis vitiis ad prophetam venit
sciscitandum, ego respondebo ei iuxta cor et
immunditias suas, ut iuxta vultu ostendit, ita
et audiat. et non enim merebitur correctionem,
qui non discendi sed tentandi animo interrogat.
Receperunt enim a me idola sua secuti.
Brevisque est ista est comminatio, ut recedant
ab idolis cogitationibusque perversis, et conuer-
tantur ad me, priora scelera relinquentes. et non
enim merebitur audire veritatem, qui fraudu-
lenter interrogat, sed hoc corde capiendus est,
secundum quod scribae et pharisei interrogantes
Dominum, inno tentantes, audiunt: quid me
tentatis? qui autem homo talis est, et si inter-
rogat, ponit Deus faciem suam super illum,
sive confirmat; ut austeritatis vultus frontis
duritia malleiatur, et sit in exemplum et in
proverbium, sive in solitudinem, et in inte-
ritum: ut illo perditio de populo dei cog-
noscat caberi, quod ipse sit Dominus, qui
cordis arcana cognoscit, et perversitatem mentis
intelligit; nec considerat verba loquentium,
sed corda.

Ad Vesperas Duplex.

235

Dominica XXVI. post Pentecosten.

Duplex maius. 12. lect.

Ex Dominica quinta post Epiphaniam.

B. Haec Dominica ponitur, si Pascha occurrat die 3. 4. 5. 6. 7. 8. vel 9. Aprilis: secus cum sequenti hebdomada omittitur.

Sabb. ad Magnificat. Visitabo oves meas, dicit Dominus: et liberabo ea de omnibus locis, in quibus disperso fuerant. Ezech. 34.

Oratio ut infra ad Matutinas.

In I. claustris.

Lectio I.

De Ezechiele propheta. cap. 34.

Factus est sermo Domini ad me dicens: fili hominis, terra cum peccaverit mihi, ut provarietur provaricans, extendam manum meam super eam, et conteram virgam pacis eius, et immittam in eam famem, et interitiam de ea hominem et iumentum. Et si fuerint tres viri isti in medio eius, hoc, Daniel et Job, ipsi iustitia sua liberabunt animas suas, ait Dominus exercituum.

R. S. huius Dominica sumuntur ex Dominica precedente.

Lectio II.

Quod si et pestias pessimas induxero super terram, ut vastem eam, et fuerit in via, eo quod non sit pertransiens propter bestias: tres viri isti si fuerint in ea, vivis ego, dicit Dominus, quia nec filios nec filias liberabunt: sed ipsi soli liberabuntur, terra autem desolabitur. Vel si gladium induxero super terram illam, et dixerero gladio: transi per terram, et interficere de ea hominem et iumentum: et tres viri isti fuerint in

mediocrius, vivo ego, dicit Dominus, non liberabunt filios neque filias, sed ipsi soli liberabuntur.

Lectio III.

Quoniam hoc dicit Dominus Deus: quod et si quatuor iudicia mea pessima, gladium et fames, ac bestias malas, et pestilentiam immiseri in Jerusalem, ut interficiam de ea hominem et pecus, tamen relinquetur in ea saluatio educentium filios et filias: ecce ipsi ingredientur ad vos, et videbitis viam eorum et adinventiones eorum, et consolabimini super malo, quod induxi in Jerusalem, in omnibus que importavi super eam. Et consolabuntur vos, cum videritis viam eorum et adinventiones eorum, et cognoscetis, quod non frustra fecerim omnia, que feci in ea, ait Dominus Deus.

Lectio IV. cap. 15.

Et factus est sermo Domini ad me dicens: fili hominis, quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorum, que sunt inter ligna silvarum? Numquid tolletur de ea lignum, ut fiat opus, aut fabricabitur de ea parilleus, ut dependeat in eo quodcumque vas? Luc igni datum est in escam: utramque partem eius consumpsit ignis, et medietas eius redacta est in favillam: numquid utile erit ad opus? Propterea hoc dicit Dominus Deus: quomodo lignum vitis inter ligna silvarum, quod dedi igni ad decorandum, si tradam habitatores Jerusalem, et ponam faciem meam in eos: de igne egredientur, et ignis consumet eos. Et fietis quia ego Dominus, cum posero faciem meam in eos,

287.
Ad dero terram inuiam et desolatam: co-
mod prauaricatores exlitterint, dicit Domi-
nus Deus.

In II. nocturno.

Lectio V.

Ex libro sancti Cypriani Episcopi et
Martyris de mortalitate.

Frater dilectissimi! mente integra, fide fir-
ma, virtute robusta, parati ad omnem volun-
tatem Dei sumus: pavore mortis excluso im-
mortalitatem, qua sequitur, cogitemus. Hoc
nos offendamus esse quod credimus, ut neque
charorum lugeamus excessum, et cum auerfi-
tionis proprie dies venerit, incunctanter et
libenter ad Dominum ipso vocante veniamus.
quod cum semper faciendum fuerit, et si seruis,
nunc fieri multo magis debet, conueniente
iam mundo, et malorum infestantium tur-
binibus obsepo: ut qui ceruimus cepisse iam
pravia, et scimus imminere graviora, lucrum
maximum computemus, si isthinc velocius
recedamus.

Lectio VI.

Si in habitaculo tuo parietes vetustate
vultarent, tecta desuper tremarent, domus
iam fatigata, iam cesa, edificiis senectute
labentibus ruinam proximam minaretur,
nonne omni celeritate migrares? Si nau-
gante te turbida et procellosa tempestas fludi-
bus violentius excitatis pronuntiaret fu-
tura naufragia; nonne portum velociter
reteres? Mundus eue nitat et labitur,
et ruinam sui non iam senectute rerum,
sed sine restatur: et tu non Deo gratias agis,
non tibi gratularis, quod ex te maturiore
subtrahis, ruinis et naufragis et plagis
imminentibus exuaris?

Considerandum est, fratres dilectissimi!
 et eadem cogitandum, renuntiare
 nos mundo, et tanquam hospites et peregrinos
 isthuc interim degere. amplectamur
 diem, qui assignat singulos domiciliis suis,
 qui nos isthuc ereptos et laqueis secula-
 ribus exsolutos paradiso restituit et regno
 coelesti. quis non peregre constitutus pro-
 peraret in patriam regredi? quis non ad suos
 navigare festinans ventum prosperum
 cupidius optaret, ut velocius charos liceret
 amplecti? patriam nostram paradisum
 compulsemus, parentes Patriarchas ha-
 bere iam cepimus: quid non properamus
 et currimus, ut patriam nostram videre,
 ut parentes salutare possimus? et quibus
 illi nos charorum numerus expectat,
 parentum, fratrum, filiorum frequens
 nos et copiosa turba desiderat, iam de sua
 immortalitate secura, et adhuc de nostra
 salute sollicita?

Lectio VIII.

Ad horum conspectum et complexum
 venire, quanta et illis et nobis in commu-
 ne letitia est? qualis illi coelestium
 regnorum voluptas sine timore moriendi,
 et cum eternitate vivendi? quam summa
 et perpetua felicitas? illi apostolorum
 gloriosus chorus: illi prophetarum cal-
 tantium numerus: illi Martyrum inu-
 merabilis populus ob certaminis et passionis
 victoriam coronatus: triumphantes illi
 virgines, quae concupiscentiam carnis et
 corporis continentiae robore subegerunt,
 remunerati misericordes, quia alimuntis et

largitionibus pauperum iustitie opera
fecerunt: qui dominica precepta seruantes,
ad caelestes thesauros terrena patrimonia
transulerunt. Ad hos, fratres dilectissimi,
uida cupiditate properemus, ut cum his
ito ope, ut cito ad Christum venire contingat,
optemus. Hanc cogitationem nostram Deus
videat, hoc propositum mentis et fidei Do-
minus Christus aspiciat, daturus eis glorio-
siora ampliora promia, quorum circa circa
se fuerint desideria maiora.

In III. nocturno.

Lectio IX.

De Epistola beati Pauli apostoli ad Hebraeos.
cap. ii.

Fide Moyses natus occultatus est mensibus
tribus a parentibus suis, eo quod vidisset
elegantem infantem, et non timuerunt regis
iudicium. Fide Moyses grandis factus nega-
uit se esse filium filie Pharaonis, magis
ligens affligi cum populo Dei, quam tempo-
ralis pena habere inuidiam, maiores
iustias thesauro Aegyptiorum in properi-
um Christi: aspicienda enim in remunera-
tionem. Fide reliquit Aegyptum, non uentus
nimiositatem regis; inuisibilem enim tam-
quam videns sustinuit. Fide celebravit
pascha et sanguinis effusionem: ne qui uasta-
ret primitias, tangeret eos. Fide transierunt
mare rubrum tamquam per aridam terram:
quod experti Aegyptii deuorati sunt. Fide
muri Iericho corruerunt, per circuitu dierum
septem. Fide Rahab meretrice non perit
in incredulis, excipiens exploratores cum pace.

Lectio X.

Quid adhuc dicam? Desinit tamen me tempus

enarrantem de Gedeon, Barac, Samson, Joseph, David, Samuel et Prophetis, qui per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones, obtinuerunt ora leonum, extinxerunt in petrum ignis, effugerunt aieem gladii, convalescerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorum: auerunt mulieres de resurrectione mortuos suos.

Lectio XI.

Alii autem dissentiunt, non suscipientes redemptionem, ut meliorem invenirent resurrectionem. Alii vero ludibria et verbera experti, in super et vincula et carceres: lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occasione gladii mortui sunt; circumierunt in montibus, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus; in solitudinibus errantes, in montibus et speluncis, et in cavernis terrae. Et hinc testes testimonio fidei probati, non auerunt repromissionem, Deo pro nobis melius aliquid providente, ut non sine nobis consummarentur.

Lectio XII. cap. 12.

Deoque et nos tantam habentes impositam nubem testimonii, deponentes omne pondus et circumstantis nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen: aspicientes in auctorem fidei et consummationem Jesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confessione contempta, atque in dextera sedis Dei sedet. Recogitate enim eum, qui talem sustinuit a peccatoribus adversum semetipsum contradictionem: ut ne fatigemini animis vestris deficientes. et nondum enim usque ad sanguinem

estitistis adversus peccatum repugnantes:
 Obliti estis consolationis, quae vobis tanquam
 liliis loquitur dicens: fili mi, noli negligere
 disciplinam Domini, neque fatigeris, dum
 ab eo argueris; quem enim diligit Dominus,
 castigat, flagellat autem omnem filium,
 quem recipit.

Sequentia sancti Evangelii secundum
 Mattheum. cap. 13.

In illo tempore: Dixit Jesus turbis parabolam
 hanc: simile factum est regnum caelorum
 homini, qui seminavit bonum semen in
 agro suo. Cum autem dormirent homines,
 venit inimicus eius, et superseminavit zi-
 zania in medio tritici, et abiit. Cum autem
 crevisset herba, et fructum fecisset, tunc
 apparuerunt et zizania. Accedentes autem
 servi patris familias dixerunt ei: Domine,
 nonne bonum semen seminasti in agro tuo:
 unde ergo habet zizania? Et ait illis: ini-
 micus homo hoc fecit. Servi autem dixerunt
 ei: vis, imus et colligimus ea? Et ait: non;
 ne forte colligentes zizania, et radicibus cum
 eis simul et triticum. Simile utraque cre-
 scere usque ad messem, et in tempore messis
 icam meseribus: colligite primum zizania,
 et alligate ea in fasciculos ad comburendum:
 triticum autem congregate in horreum me-
 um.

Respond. aut. Domine, nonne bonum
 semen seminasti in agro tuo? unde ergo
 habet zizania? Et ait illis: inimicus ho-
 mo hoc fecit. Matth. 13.

Oratio Sur. Gelas.

Familiam tuam, quae sumus Domine, conti-
 nua pietate custodi: ut quae in sola spe gra-
 tiae caelestis invidetur, tua semper protectio-
 ne muniat. Per Dominum.

Ad Magnif. ant. Colligite primum zizania, et alligate ea in fasciculos ad comburendum: * triticum autem congregate in horreum meum. Matth. 13.

Feria II.

Lectio I.

De Ezechiele propheta. cap. 18.

Et factus est sermo Domini ad me dicens: anima, que peccaverit, ipsa morietur: filius non portabit iniquitatem patris, et pater non portabit iniquitatem filii: iustitia iusti super eum erit, et impietas impii erit super eum. Si autem impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis, que operatus est, et custodierit omnia precepta mea, et fecerit iudicium et iustitiam, vita vivet et non morietur: omnium iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor: in iustitia sua, quam operatus est, vivet. * Et cum quid voluntatis mee est mors impii, dicit Dominus Deus, et non ut convertatur a viis suis et vivat? Si autem averterit, se iustus a iustitia sua, et fecerit iniquitatem secundum omnes abominaciones, quas operari solet impius, numquid vivet? omnes iustitiae eius, quas fecerat, non recordabuntur: in prevaricatione, qua prevaricatus est, et in peccato suo, quod peccavit, in ipsis morietur. g. Et dicunt filii Israel: non est equa via Domini. Et cum quid via mea non sunt equae? Domus Israel, et non magis via vestra prava? Et dico unumquemque iuxta vias suas iudicabo Dominus Israel, ait Dominus Deus. * Convertimini et agite poenitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris: et non erit vobis in vinam iniquitas. Proicite a vobis omnes prevaricationes vestras, in quibus prevaricati

spis, et facite vobis cor novum et spiritum
novum: et quare morie mini domus israel?
quia nolo mortem morientis, dicit Dominus
deus: revertimini et vivite.

Ex I. ev. d. Dominica 25.

Lectio II.

De expositione sancti gregorii pape.

cap. 2. expos. in j. Reg.

Per prophetam denuntiatus Dominus ait:
nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur
et vivat. quomodo ergo ei compellit velle vivi-
ere peccatorem, et mortem peccatoris nolle?
sed in prefato testimonio sequitur, unde ve-
ritas agnoscatur; ait enim: sed ut convertatur
et vivat. qui enim peccatorem vult vivere
et convertatur, si hunc inconvertibilem
divina prescientia noscit, occidit. Vult ergo
Dominus occidere, sed eos, quos pronosus con-
verti nolle. Per misericordiam conversio-
em peccatorum expectat, per iustitiam
non conversos damnat. Per misericordiam
muerbi vult peccatores et vivere; sed per
iustitiam eos, qui converti noluerunt,
vel punire: misericorditer non saluat
isi volens, per iustitiam nolens damnat.
Cum ergo occidere velle dicitur, peccatorum
impietas maxima et inemendabilis osten-
ditur, que voluntarie divino iustitio occi-
sione puniatur. Si utique et pispimo
iudicium ne gotiorum iudices agere
venus, qui vellent, ut nemo delinqueret,
et ipsi punire neminem deberent. Sed dum
et iniquis audacter scelera committuntur,
voluntarie eos puniunt, quos liberalius non
ommissis punienda voluerunt.

Feria III.

Lectio I.

De Ezechiele Propheta. cap. 22.

Factum est verbum Domini ad me dicens: fili hominis, versa est mihi domus israel in scoriā: omnes isti aes et stannum et ferrum, et plumbum in medio fornacis; scoria argenti facti sunt. Propterea hoc dicit Dominus Deus: eo quod versi estis omnes in scoriā, propterea ecce ego congregabo vos in medio Ierusalem, congregatione argenti et auri, et stanni et ferri, et plumbi in medio fornacis, ut succendam in ea ignem ad conflandum. & Sic congregabo in furore meo et in ira mea, et requiescam, et conflabo vos. Et congregabo vos et succendam vos in igne furoris mei, et conflabimini in medio eius. Ut conflatur argentum in medio fornacis, sic eritis in medio eius: et scitis quia ego Dominus, cum effunderim indignationem meam super vos. 9. Et factum est verbum Domini ad me dicens: fili hominis, dicit ei: tu es terra immunda, et non completa in die furoris. coniuratio prophetarum in medio tui, sicut leo rugiens rapiensque pravam animas devorans, et opes et pretium auferens, viduas eius multiplicat in medio illius. & Sacerdotes eius contempserunt legem meam, et polluerunt sanctuaria mea: inter sanctum et profanum non habuerunt distantiam, et inter pollutum et mundum non intellexerunt, et a sabbatis meis auerterunt oculos suos; et conquinabatur in medio eorum. Et quæ sivi de eis virum, qui interponeret sepe, et staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam, et non inveni. Et effudi super eos indignationem meam,

in igne ire meo consumsi eos: viam eorum in ignem reddidi, ait Dominus Deus.

Ex II. Oct. Dominica 25.

Lectio II.

De expositione sancti Gregorii Papae.

l. past. 6. c. cap. 10.

Hi, quos ab iniquitatibus nec flagella compes-
 unt, tanto acriori invectione feriendi sunt,
 quanto maiori insensibilitate duruerunt.
 Plerumque enim sine indignatione indignandi
 sunt, sine desperatione desperandi: ita dum laxat,
 et offensa desperatio formidinem incutiat, et
 libumta admonitio ad spem reducat. Difficile
 haque contra illos divinae sententiae proferenda
 sunt, ut ad cognitionem sui considerata eter-
 na animadversione revocentur. Captivus israeli-
 tico populo, nec tamen ab iniquitate con-
 verso, Dominus exprobrat, dicens: versa est
 mihi domus israel in scorum: omnes isti
 est stannum, et ferrum et plumbum in ne-
 cio fornacis. ac si aperte dicat: purgare eos
 per ignem tribulationis volui, et argentum
 eos et aurum fieri, quos fieri; sed in fornace mihi
 est, stannum et ferrum et plumbum versi-
 unt: quia non ad virtutem, sed ad vitia
 hanc in tribulatione proruperunt. Et quip-
 pe dum percutitur, amplius metallicis teris
 mundum reddit: qui igitur in persecutione
 lapsus erumpit ad sonitum murmuratiois,
 in eo versus est in medio fornacis. Stannum
 vero cum ex arte componitur, argenti spe-
 iem mentitur: qui ergo simulationis vitio
 non caret in tribulatione, stannum factus
 est in fornace. Hinc rursus scriptum
 est: multo labore sudatum est, et non
 exivit de ea nimia rubigo eius neque per-
 quem. Ignem quippe nobis tribulationis admo-

[Faint, mostly illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

vel, ut in nobis rubiginem vitiorum purget: sed nec per ignem rubiginem amittimus, quando et in ter flagella vitio non caramus.

Teria IV.

Lectio I.

De Ezechiele Propheta .cap. xxx.

Et factum est verbum Domini ad me dicens: fili hominis, loquere ad filios populi tui, et dices ad eos: terra cum induxero super eam gladium, et tulerit populus terra virum unum de novissimis suis, et constituerit eum super se speculatorem, et ille viderit gladium venientem super terram, et cecinerit buccina et annuntiaverit populo, audiens autem quisquis ille est, sonitum buccinae, et non se observaverit, veneritque gladius et tulerit eum: sanguis ipsius super caput eius erit. * Quod si speculator viderit gladium venientem, et non insonuerit buccina, et populus se non custodierit, veneritque gladius, et tulerit de eis animam, ille quidem in iniquitate sua captus est, sanguinem autem eius de manu speculatoris requiram. §. Et tu fili hominis, speculatorem dedit te Domui Israel: audiens ergo ex ore meo sermonem, annuntiabis eis ex me. Si me dicente ad inipium: impie, morte morieris; non fueris locutus, ut se custodiat impius a via sua; ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem annuntians te ad inipium, ut a viis suis convertatur, non fuerit conversus a via sua; ipse in iniquitate sua morietur; porro tu animam tuam liberasti. *

Tu ergo fili hominis, dicit ad domum israel:
 hi locuti estis dicentes: iniquitates nostrae
 et peccata nostra super nos sunt, et in ipsis nos
 labesimus, quomodo ergo vivere poterimus?
 dicit ad eos: vivis ego, dicit Dominus Deus, nolo
 mortem impij, sed ut convertatur impius a
 via sua et vivat. Convertimini, convertimini
 a vis vestris peccatis: et quare moriemini
 domus israel?

Ex. ex III. Oct. Dominica 25.

Lectio II.

De expositione sancti Gregorii Papa.
hom. ij. in cap. 6. Ezek.

Volandum, quod eum, quem Dominus ad pre-
 dicandum mittit, speculatorem esse denuntiat.
 Cui enim aliena cura committitur, specula-
 tor vocatur, ut in mentis acie virtutis sedeat,
 atque vocabulum nominis ex virtute actio-
 nis trahat. Hinc propheta alius speculato-
 rem admonet dicens: super montem excel-
 sum ascende tu, qui evangelizas sion: ut vi-
 elicies, qui praedicationis locum suscepit,
 et acie virtutis bono ascendat, actionis, ad
 excelsa transeat, et eorum, qui sibi commisi-
 unt, opera transcendat: quatenus sublimi-
 um vitam tanto sublimius videat, quanto
 terrenis rebus, quas despiciit, animum non
 imponit. Esse ergo speculatoris vita et alta
 elect semper et circumspeda. Ne enim terre-
 rarum rerum amori succumbat, alta sit:
 et occulti hostis iaculis feriat, ex omni
 aere circumspeda. Neque hoc speculatori
 sufficit ut actum vivat, nisi et loquendo
 fidei auditores ad alta suos pertrahat, co-
 um que meates ad amorem caelestis patriae
 loquendo succendat. Sed tunc hoc recte agit,
 in lingua eius ex vita arserit: nam lucerna,

que in semet ipsa non ardet, eam rem, cui supponitur, non accendit. Hinc enim de Joanne veritas dicit: ille erat lucerna ardens et lucens: ardens videlicet per caeleste desiderium, lucerna per verbum.

Feria V.

Lectio I.

De Ezechiele Propheta. cap. 34.

Et factum est verbum Domini ad me, dicens: fili hominis, propheta de pastoribus Israel: propheta et dices pastoribus: hoc dicit Dominus Deus: vos pastoribus Israel, qui pascebatis semet ipsos: nonne greges a pastoribus pascebantur? hoc comedebatis, et carnis operiebamini, et quod crassum erat, comedebatis: gregem autem meum non pascebatis. * Quod infirmum fuit non consolastis, et quod egrotum non sanastis: quod confractum est non alligastis, et quod abiectum est non reduxistis, et quod perierat non quæstistis: sed cum austeritate imperabatis eis, et cum potentia. Et dispersa sunt oves meae, ideo quod non est pastor: et facta sunt in devorationem omnium bestiarum agri, et dispersa sunt. ¶ Erraverunt greges mei in cunctis montibus, et in universo colle excelso: et super omnem faciem terræ dispersi sunt greges mei, et non erat qui requireret, non erat, inquam, qui requireret. Propterea pastores audite verbum Domini: vivo ego, dicit Dominus Deus, quia pro eo quod facti sunt greges mei in rapinam, et oves meae in devorationem omnium bestiarum agri, ideo quod non est pastor: neque enim quæsierunt pastores mei gregem meum, sed pascebant pastores semet ipsos, et greges meos non pascebant. *

Propterea pastores, audite verbum Domini.
Hoc dicit Dominus Deus: ecce ego ipse super
pastores requiram gregem meum de manu
eorum, et cespere faciam eos, ut ultra non
pascant gregem, nec pascant amplius pa-
stores semetipsos: et liberabo gregem meum
de ore eorum, et non erit ultra eis inquam.

Ex I. Noct. Dominice 25.

Lectio II.

De expositione sancti Gregorii Papa.

l. 25. moral. cap. 13.

Vos, quia infirmi homines sumus, cum de
his hominibus loquimur, debemus primum
nemine quod sumus: ut ex propria infir-
mitate pensemus, quo docendi ordine infir-
mis fratribus consolamur. Consideremus igitur,
quia aut tales sumus, quales nonnullos
corrigimus; aut tales aliquando fuimus,
quos iam divina gratia operante non sumus;
atque temperantius humilicorde corrige-
mus, quanto nos metipsos verius in his, quos
mendamus, agnosimus. Sicut enim tales nec
sumus, nec fuimus, quales adhuc illi sunt,
nos emendare curamus; ne cor nostrum forte
superbiam, et de ipsa innocentia peius rualt,
eorum mala corrigimus, alio eorum bo-
na nobis ante oculos revocemus. quod si om-
nia nulla sunt, ad occulta Dei iudicia recurremus;
quia si ad nos meritis nullis hoc ipsum bonum,
quod habemus, accepimus: ita illos quoque po-
st gratia superno virtutis infundere, ut ex-
tali posterius etiam ipsa possint bona, quae
nos ante accepimus, prevenire. quis enim
rederet, quod per apostolatus meritum seu-
sus lapidatum Stephanum procepimus orat,
qui in morte eius lapidantium vestimenta
cruabat? His ergo primum cogitationibus

Prop. De Tempore. 32.

B. A.

249.

humiliari cor debet, et tunc demum delin-
quentium iniquitas increpari.

Feria VI.

Lectio I.

De Ezechiele Propheta. cap. 34.

Vos greges mei, hoc dicit Dominus Deus: eue
ego iudico inter pecus et pecus arietum et
hircorum. Nonne satis vobis erat, pasua
bona depasui? in super et reliquias pasua-
rum vestrarum conculestis pedibus vestris.
Et cum purissimam aquam biberetis, reli-
quam pedibus vestris turbabatis: et oves mee
his, que conculeta pedibus vestris fuerant,
pascabantur: et que pedes vestri turbaue-
rant, hoc libebant. * Propterea hoc dicit
Dominus Deus ad vos: eue ego ipse iudico inter
pecus pingue et macilentum: pro eo quod
lateribus et humeris impingebatis, et cor-
nibus vestris ventilabatis omnia infirma
pecora, donec dispergerentur foras: saluabo
gregem meum, et non erit ultra in rapinam,
et iudicabo inter pecus et pecus: et suscitabo
super eas pastorem unum, qui pascet eas, ser-
uum meum David: ipse pascet eas, et ipse
erit eis in pastorem. ¶ Ego autem Dominus
ero eis in Deum, et servus meus David princeps
in medio eorum: ego Dominus locutus sum.
Et faciam cum eis pactum pacis, et espere
faciam bestias pessimas de terra: et qui ha-
bitant in deserto, securi dominant in saltibus.
Et ponam eos in circuitu collis mei benedictio-
nem: et deducam imbrem in tempore
suo, pluvia benedictionis erunt. * Et suscitabo
eis germen nominatum: et non erunt ultra
imminuti fame in terra, neque portabunt

velut opprobrium gentium. Et sicut quia ego
Dominus Deus eorum cum eis, et ipsi populus
meus domus israel: ait Dominus Deus. Vos autem
greges mei, greges pasce meo homines estis: et
ego Dominus Deus vester, dicit Dominus Deus.

Ex II. clod. Dominica 25.

Lectio II.

De expositione sancti Gregorii Papa.

l. 22. moral. cap. 24.

Plerumque contingit, ut rector qui proest,
dum iniusta contra subditos exercet, dum nul-
lo bono blandimento refocet, dum quod gra-
vius est, bene operantes quosque ex invidia
affligit, etiam quodam bona aliquando faciat.
Sed subditi quique pro eo, quod in maximis
gravantur, gaudere in eius bonis minimis
nequeant. Unde fit, ut ad ipsa etiam pauca
bona, quo fieri inter multa mala considerant,
non laudes, sed gemitus reddant, atque infir-
males murmurent, dum perpendunt, boni
operis non esse quod vident. qua in re semper
solicita consideratione pensandum est, ne
ut hi, qui profunt, exempla mali operis
subiectis probeant, eorumque vitam pro
gladio pravitatis extinguant: aut hi qui
alieno regimini subiacent, facile iudicare
videant facta Rectorum, atque per hoc, quod
de his qui sibi prelati sunt, murmurent,
non humano, sed dei, qui cuncta disponit,
divino ordini contradicant. Illis namque
dicitur: oves meo his, quo concalcata pedi-
bus vestris fuerant, pascebantur, et quo
pedes vestri turbaverant, hoc bibebant.
Oves enim turbata pedibus libunt, cum
subiecti ea ad exemplum vivendi appetunt,

quo prelati quique pravo opere pervertunt.
 At contra a prelatibus hi audiunt: nos enim
 contra superpositam sibi potestatem quid
 murmuramus? nec contra nos est murmur
 vestrum, sed contra Dominum. Qui enim
 contra superpositam sibi potestatem mur-
 murat, liquet quod illum redarguit, qui
 eandem homini potestatem dedit.

Sabbato.

Lectio I.

De Ezechiele Propheta. cap. 44.

Hoc dicit Dominus Deus: Sufficiebant vobis
 omnia scelera vestra domus Israel, eo quod
 inducitis filios alienos in circumcisos cor-
 de et in circumcisos carne, ut sint in san-
 ctuario meo et polluant domum meam:
 et offeritis panes meos, adipem et sanguinem,
 et dissipatis partem meam in omnibus
 sceleribus vestris. Et non servastis precepta
 sanctuarii mei, et posuistis custodes obser-
 vationum mearum in sanctuario meo vo-
 bis metipsis. * Hoc dicit Dominus Deus:
 Omnis alienigena in circumcisos corde et in cir-
 cumcisos carne non ingredietur sanctuarium
 meum, omnis filius alienus, qui est in medio
 filiorum Israel. Sed et Levites, qui longe rece-
 runt a me in errore filiorum Israel, et erra-
 verunt a me post idola sua, et portaverunt iniqui-
 tatem suam: erunt in sanctuario meo aditui et
 ianitores portarum domus, et ministri domus,
 ipsi madabunt holocausta et victimas populi,
 et ipsi stabunt in conspectu eorum, ut ministrant
 eis. ¶ Hoc eo quod ministraverunt illis
 in conspectu idolorum suorum, et facti sunt
 domui Israel in offendiculum iniquitatis.
 Idcirco levavi manum meam super eos, ait.

Dominus Deus, et portabunt iniquitatem
 suam: et non appropinquabunt ad me, ut
 sacerdotio fungantur mihi, neque accedent
 ad omne sanctorum meum iuxta porta
 sanctorum. sed portabunt confusionem suam
 et scelera sua quae fecerunt. * Sacerdotes autem
 et levites filii Sadoe, qui custodierunt ceremo-
 nias sanctorum meum, cum errarent filii Is-
 rael a me, ipsi accedent ad me, ut ministrent
 mihi, et stabunt in conspectu meo, ut of-
 ferant mihi adipem et sanguinem, ait Domi-
 nus Deus. ipsi ingredientur sanctorum meum,
 et ipsi accedent ad mensam meam, ut mini-
 strent mihi, et custodiant ceremonias meas.
 Ps. cx III. vers. Dominica 28.

Lectio II.

De expositione sancti Gregorii Capo.
 hom. in Ezech.

Solent inquit videri, qui sunt qui Domi-
 no ministrent. Neque enim omnes qui loquuntur,
 omnes qui predicant, omnes qui propria
 videntur, omnes qui per carnis abstinentiam
 corpus castigant, Domino ministrent. qui
 enim legendo atque predicando gloriam pro-
 priam quorunt, largiendo quae habent, et
 corpus in abstinentia macerando, laudes re-
 cipere ab hominibus appetunt, sibi, non
 Domino ministrent. quo contra per psal-
 mistam Dominus dicit: ambulans in via in-
 maculata hic mihi ministrabat. Habet in-
 maculatum in via, qui in bono opere quod agit,
 errore sibi gloriae premium proponit, qui
 in hoc mundo recipere mercedem querit, et
 cadat in conspectu Dei speciem boni operis ma-
 cula prope intentionis. Forhapse etenim
 in disciplina studio intentus fuerit, culpas
 delinquentium respicit: qui tamen ad haec

agenda si non ex omnipotentis Dei amore sed
 zelo proprio ducitur, sibi in his et non Domi-
 no ministrat. Alius ne asper esse videatur,
 multa leniter tolerat, quae prope perpetran-
 tur. Ille itaque quia videri pro Domino di-
 stribuit non vult, per lenitatis suae studium
 sibi et non Domino ministrat. Restat ergo,
 ut siue in verbi ministerio fatigemur, siue
 indigentibus nostra largiamur, siue per ab-
 stinentiam carnem domemus, siue zelo mo-
 ueamur, siue per patientiam aliquando
 leniter prava toleremus: ut nos summo opere
 debeamus intentionem nostram discutere,
 quatenus omne quod facimus non nostro
 sed Domini zelo faciamus: ne in his quo
 agimus, nobis potius quam Domino mi-
 nistremus.

Ad Vesperas Duplex.

Dominica XXVII. post Pentecosten.

Duplex maior. 12. lect.

Ex sexta post Epiphaniam.

Hae Dominica ponitur, si Pascha occurrerit
 die 10. 11. 12. 13. 14. 15. et 16. Aprilis. Secus
 cum sequente hebdomada omittitur.

Sabb. ad Magnif. ant. Ananias et Sarias
 et Misael redentes liberati sunt de flamma. *
Daniel in sua simplicitate liberatus est de
 ore leonum. 1. Mach. 2.

Oratio ut infra ad matutinas.

In I. adburno.

Lectio I.

Incipit liber Danielis Prophetae. cap. 1.
 Anno tertio regni Joakim regis Juda venit
 Nabuchodonosor rex Babilonis in Jerusalem
 et obsedit eam: et tradidit Dominus in ma-
 nu eius Joakim regem Juda, et partem va-
 sorum domus Dei: et apprehendit ea in terram

Sennaar in domum dei sui, et vasa intulit in
 domum thesauri dei sui. Et ait rex assyriorum
 proposito eunuchorum, ut introduceret de
 filiis israel et de semine regio et tyrannorum
 pueros, in quibus nulla esset macula, deorsus
 forma, et eruditos omni sapientia, cautos
 scientia et doctos disciplina, et qui posset sta-
 re in palatio regis, ut doceret eos litteras et
 linguam Chaldeorum. Et constituit eis rex
 Annonam per singulos dies de cibis suis et de
 vino, unde bibebat ipse: ut enutriti tribus
 annis postea starent in conspectu regis.

Ps. Justus es Domine in omnibus quo fe-
 cisti nobis: * ne, quo sumus tradas nos in
 perpetuum propter nomen tuum. Ps. adiu-
 va nos Deus salutaris noster: et propter glo-
 riam nominis tui Domine libera nos.

* ne. Jan. 3. Cf. 78.

Lectio II.

Fuerunt ergo inter eos de filiis Juda Daniel,
 Ananias, Misael et Azarias. Et imposuit
 eis propositus eunuchorum nomina: Da-
 nieli Balthasar; Ananias Sadrach; Misaeli
 Misach; et Azario Abdago. Proposuit
 autem Daniel in corde suo, ne pollueretur
 de mensa regis, neque de vino potuscus: et
 rogavit eunuchorum propositum ne con-
 taminaretur. Dedit autem Deus Daniel gra-
 tiam et misericordiam in conspectu principis
 eunuchorum. ~~ad locum~~ Et ait princeps
 eunuchorum ad Danielem: timeo ego domi-
 num meum regem, qui constituit vobis cibum
 et potum: quasi viderit vultus vestros ma-
 centiores pro ceteris adolescentibus casus
 vestris, condemnabit caput meum regi.

Ps. Domine Deus magne et terribilis, tibi
 iustitia, nos autem confusio faciei, quia
 accepimus a te: * sed fac nobiscum secundum

manifestudinem tuam. V. Domine Deus
 Israel iustus es tu: ecce coram te sumus in
 delicto nostro. * sed. Dan. gets. et j. q.

Lectio III.

Et dixit Daniel ad Malasari, quem constituerat
 princeps eunuchorum super Danielem, Mi-
 saelem et Azariam: tenta nos obsecro seruos
 tuos diebus decem, et dentur nobis legumina
 ad vescendum, et aqua ad bibendum: et con-
 temperare vultus nostros et vultus puerorum,
 qui vescuntur cibo regio; et sicut videris,
 facies cum seruis tuis. qui audito sermone
 huiusmodi tentavit eos diebus decem.
 Post dies autem decem apparuerunt vultus
 eorum meliores et corpulentiores pro om-
 nibus pueris, qui vescabantur cibo regio.
 Porro Malasar tollebat cibaria et vinum
 potus eorum, dabatque eis legumina.

R. In animo contrito et spiritu humi-
 litatis suscipiamur, * quoniam non est
 confusio confidentibus in te. V. Sacrifi-
 cium Deo spiritus contribulatus: cor con-
 tritum et humiliatum Deus non despi-
 ciet. * quoniam. Dan. 3. Ps. 50.

Lectio IV.

Pueris autem his dedit Deus scientiam et
 disciplinam in omni libro et sapientia:
 Danieli autem intelligentiam omnium
 visionum et somniorum. Complevisit
 que diebus, post quos dixerat rex ut intro-
 ducerentur, introduxit eos propositus eu-
 nuchorum in conspectu Sabuchodonosor.
 Cumque eis locutus fuisset rex, non sunt
 inventi tales de universis, ut Daniel, Ana-
 nias, Misael et Azarias: et steterunt in
 conspectu regis. Et omne verbum sapien-
 tie et intellectus, quod sciscitatus est ab eis

ex, invenit in eis decuplum super cunctos
vitiolos et magos, qui erant in universo regno
eius.

R. Sit nomen Domini benedictum, quia
sapientia et fortitudo eius sunt: et ipse revelat
abscondita, et novit in tenebris constituta,
et lux cum eo est. V. Dei sapientiam, quae
abscondita est, nemo principum huius se-
culi cognovit: nobis autem revelavit Deus.
ipse. V. gloria. et ipse. Dan. 2. i. cor. 2.

In II. nocturno.

Lectio V.

Sermo sancti Augustini Episcopi.

Enarrat. in Psal. 64.

Captivatus populus Israel ex civitate Jerusa-
lem ductus est in servitutem Babylonis. Pro-
phetavit autem Jeremias sanctus, post septuaginta
annos rediturum populum de captivitate, et
instauraturum civitatem ipsam Jerusalem, quam
civitatem ab hostibus planxerat. Factum est
impletis septuaginta annis, restitutum est tem-
plum quod deiectum erat, et regressa est de capti-
vitate magna pars illius populi. Sed quoniam
iud apostolus: haec in figura contingebant
vobis, scripta sunt autem propter nos, in quos
in saeculorum obvenit; debemus et nos nosse
viam captivitatem nostram, deinde liberatio-
nem nostram: debemus nosse Babyloniam in
qua captivi sumus, et Jerusalem ad cuius re-
turn suspiramus.

Confundantur in potentia tua, omnes
qui ostendunt servis tuis mala; et sciant, et
viam tuam Deus solus et gloriosus super orbem
terrarum. V. Erue nos in mirabilibus
tuis, et da gloriam nomini tuo Domine.
quia. Dan. 3.

Propri. de Tempore. 33.

B. A.

257.

Civitas ergo quodam illa terrena Jerusalem
 cuiusdam civitatis eterne in caelis umbram
 gerebat: at ubi cepit illa, quo significabatur,
 evidentiis predicari, umbra, qua significabatur,
 deiecta est: propterea ibi modo templum non
 est, quod fabricatum fuerat in imaginem
 futuri corporis Domini. Tenemus lucem, um-
 bra transiit; tamen adhuc in quadam civi-
 tate sumus: quamdiu sumus in corpore, ni-
 quil peregrinamur a Domino. Et videte
 nomina duarum istarum civitatum, Ba-
 bylonis et Jerusalem. Babylon confusio inter-
 pretatur; Jerusalem visio pacis. Intendite
 nunc civitatem confusionis, ut intelligatis
 visionem pacis: istam toleretis, ad istam suspi-
 retis.

¶ Videtis deos aureos et argenteos: visa
 itaque turba adorantes, & dicite in cordibus
 vestris: te oportet adorari Domine. Et Caden-
 tes populi tribus et linguis, adoraverunt
 statuam auream. & dicite. Daniel. Cap. 5. v. 4.

Lectio VII.

Permixta sunt, et ab ipso exordio generis hu-
 mani permixta currunt usque in finem
 seculi. Duas istas civitates faciunt duo amo-
 res: Jerusalem facit amor Dei, Babyloniam
 facit amor seculi. Interrogat ergo quisque
 quid amet, et inveniet unde sit civis: et si se
 invenerit civem Babylonis, exstirpet cupi-
 ditatem, plantet charitatem: si autem se
 invenerit civem Jerusalem, toleret captivi-
 tatem, speret libertatem. Multi enim civis
 sancto matris Jerusalem cupiditatibus Ba-
 bylonis corrupti tenebantur: et ipsa corrup-
 tione cupiditatum tamquam civis inde
 facti erant, et multi adhuc ita sunt, et multi

post nos in hac terra futuri ita erunt: sed
novit Dominus conditor Jerusalem, quos cives
eius predestinaverit, quos videat adhuc sub
dominatione diaboli redimendos sanguine
Christi: novit illos ipse antequam se ipsi no-
verint.

¶ Deus noster, quem colimus, potest eripere
nos de camino ignis, et de manibus tuis ore
liberare: et quod si noluerit, notum tibi sit,
quia deos tuos non colimus, et statuum, quam
erexisti, non adoramus. *V.* Non est abbreviata
manus Domini, ut salvare nequeat: neque
aggravata auris eius, ut non exaudiat. et quod si.
Jan. 3. Isa. 59.

Lectio VIII.

Incipit exire, qui incipit amare. Excunt
nim multum laetenter, et exeuntium patet suus
ordis affectus; exeunt autem de Babylonia.
Quid est de Babylonia? de confusione? quomodo
dicitur de Babylonia, id est, de confusione? qui
primo confusi erant similibus cupiditatibus,
incipiunt charitate distinguere; iam distincti
con sunt confusi. Et si adhuc corpore permixti
sunt, desiderio tamen sancto discernuntur;
et propter permutationem corporalem nondum
venerunt, propter affectum cordis exire cepe-
runt. Jam ergo audiamus, fratres, audiamus,
et cantemus, et desideremus, unde cives sumus.
Quae gaudia cantantur nobis? quomodo
in nobis reformatur amor civitatis nostrae,
quam diuturna peregrinatione oblitifue-
amus? Sed nihil inde ad nos epistolae dante
offer, mihi stravit nobis Scripturas Deus,
in quibus epistolae fieret in nobis redeundi
desiderium.

¶ Benedictus Deus, qui nihil angelum suum,
Teruit servos suos, qui crediderunt in eum:
et qui tradiderunt corpora sua, ne adorarent

260.

omnem deum, excepto Deo suo. V. Perfide-
dem obturaverunt ora leonum, et extinxe-
runt impetum ignis. et V. gloria. et
tradiderunt. Jan. 5. Hebr. 11.

In III. voluano.

Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli ad Hebraeos.

cap. 12.

In disciplina perseverate. Tamquam filius
vobis offert se Deus; quis enim filius, quem
non corripit pater? quod si extra disciplinam
estis, cuius participes facti sunt omnes: ergo
aducteri, et non filii estis. Deinde patres
quidem carnis nostrae eruditores habuimus,
et reverebamur eos: non multo magis ob-
temperabimus Patri spirituum, et vivis-
mus? Et illi quidem in tempore paucorum
dierum secundum voluntatem suam eru-
diebant nos: hii autem ad id, quod utile est
in recipiendo sanctificationem eius. Omnis
autem disciplina in presenti quidem vi-
detur non esse gaudii, sed meroris, postea
autem fructum pacis et tranquillitatis
per eam reddit iustitiae.

R. Domine avertatur obsecro, ira tua
et furor tuus a civitate tua Ierusalem:
* ostende faciem tuam super santhuarium
tuum, quod desertum est. V. Num quid
proiiciens abiecasti Iudam? recordare, ne
irritum facias fœdus tuum nobiscum.
* ostende. Jan. 9. Jer. 14.

Lectio X.

Propter quod remiseras manus et soluta ge-
nua erigite, et gressus rectos facite pedibus
vestris: ut non claudicans quis erret, magis
autem sanctus. Pacem sequimini cum om-
nibus et sanctimoniam sequere in qua nemo

videbit Deum: contemplantes, ne quis desiratio Dei, ne qua radix amaritudinis suum germinans impediat, et per illam imminenter macti. et quis fornicator aut profanus ut Esau, qui propter unam escam reddidit primitiva sua. Scitote enim, quoniam ut postea cupiens hereditare benedictionem, reprobatus est: non enim invenit penitentiae locum, quamquam cum lacrymis inquisisset eam.

R. Aperi oculos tuos, et vide desolationem nostram, et civitatem, super quam invocatum est nomen tuum: * Attende et fac, ne moreris propter tenet ipsum Deus meus R. Domine exercituum usquequo tu non misereberis Jerusalem, et urbem Juda, quibus iratus es. * attende. Dan. g. Zach. j.

Lectio XI.

Non enim auscistis ad tractabilem montem, et accessibilem ignem, et turbulenta et caliginem et procellam, et subsonum, et vocem verborum, quam qui audierunt, excusaverunt se, ne eis fieret verbum. Non enim sortabantur quod dicebatur: et si bestia tetigerit montem, lapidabitur; et ita terribile erat quod videbatur. Moyses dixit: exterritus sum et tremebundus. Sed auscistis ad montem et civitatem Dei viventis, Jerusalem celestem, et multorum millium angelorum frequentiam, et ecclesiam primitivorum, qui conscripti sunt in caelis, et iudicium omnium. Deum, et spiritus iustorum perfectorum, et clamanti novi mediatorum Jesum, et sanguinis asperersionem melius loquentem quam Abel.

R. Septuaginta hebdomades abbreviatae sunt super populum tuum, et super urbem sanctam tuam, ut consummetur provaricatio

* A finem accipiat peccatum, et deleatur ini-
quitas, et adducatur iustitia sempiterna. 6.
Ut impleatur visio et prophetia, et ungatur
Sanctus sanctorum. * et finem. Jan. 9.

Lectio XII.

Videte ne refuseis loquentem. Si enim
ibi non effugerunt, recusantes eum qui super
terram loquebatur: multo magis nos, qui
de caelis loquentem nobis auertimus. Cuius
vox mouit terram tunc; nunc autem re-
promittit dicens: adhuc semel, et ego mouebo,
non solum terram, sed et caelum. propterea,
adhuc semel, dicit; declarat mobilitatem trans-
lationem tamquam factorum, ut maneat
ea, quae sunt immobilia. Itaque regnum
immobile suscipientes, habemus gratiam,
per quam seruiamus placentes Deo cum metu
et reuerentia. Et enim Deus noster ignis con-
sumens est.

R. pro Dominica. Seraphim 9.

R. Infra hebdomadam. Suscitabit Deus
caeli regnum, quod in aeternum non disipa-
bitur; * cuius regnum regnum sempiter-
num est, et omnes reges seruiant ei. R. be-
nedicentur in ipso omnes tribus terrae, et
replebitur maiestate eius omnis terra. *
cuius. V. gloria. * cuius. Jan. 2. et 4. Ps. 71.

Sequentia sancti Evangelii secundum
Matthaeum. cap. 13.

In illo tempore: Dixit Jesus turbis parabo-
lam hanc: simile est regnum caelorum
grano sinapis, quod accipiens homo semina-
uit in agro suo: quod minimum quidem
est omnibus seminibus, cum autem cre-
uerit, maius est omnibus oleis, et fit
arbor, ita ut repleret caeli veniant, et

abitent in ramis eius. Aliam parabolam locutus est eis: simile est regnum caelorum fermento, quod accepit mulier abscondit in farinae satis tribus, donec fermentatum sit totum. Haec omnia locutus est Jesus in parabolis ad turbas, et sine parabolis non loquebatur illis; ut impleretur, quod dictum erat per prophetam dicentem: aperiham in parabolis os meum, et erudabo abscondita a constitutione mundi.

Ad Bened. ant. Simile est regnum caelorum grano sinapis, quod minimum quidem est omnibus seminibus: * cum autem creverit, maior est omnibus oleribus. Matth. 13.

Oratio Sac. Gelas.

Prope, quo sumus, omnipotens Deus: ut semper rationalia meditantibus; quo tibi sunt placita et dictis exequamur, et factis. Per Dominum.

De Magnif. ant. Simile est regnum caelorum fermento, quod accepit mulier abscondit in farinae satis tribus, * donec fermentatum sit totum. Matth. 13.

Feria II.

Lectio I.

De Daniele Propheta. cap. 3.

Sabuchodonosor in furore et in ira procepit, et adducerentur Sidrach, Misach et Abdenago: qui confestim adducti sunt in conspectum regis. Pronuntiavitque Sabuchodonosor ex ait: verene Sidrach, Misach et Abdenago eos meos non colitis, et statuam auream, quam institui, non adoratis? Nunc ergo si estis pagani, prostermite vos, et adorete statuam, quam feci: quod si non adoraveritis, eadem hora mittentini in fornacem ignis ardentis. A quis est Deus, qui eripiet vos de manu mea? *

Respondentes Sidrach, Misach et Abdenago dix-
erunt regi et Nabuchodonosor: non oportet nos
de hac re respondere tibi. Eue Deus noster, quem
colimus, potest eripere nos de camino ignis
ardentis, et de manibus tuis, o rex, liberare.
quod si noluerit, notum tibi sit tibi rex,
quia deos tuos non colimus, et statuam auream,
quam erexit, non adoramus. 9. Tunc et
Nabuchodonosor repletus est furor, et aspectus
faciei illius immutatus est super Sidrach,
Misach, et Abdenago, et precepit, ut inven-
deretur fornax septuaginta cubitum quam succendi
consueverat. Et viris fortissimis de exercitu
suo iussit, ut ligatis pedibus Sidrach, Misach,
et Abdenago, mitterent eos in fornacem ignis
ardentis. * Et confestim viri illi vincti
cum brachiis suis et talaris et calcamentis
et vestibus nisi sunt in medium fornacis
ignis ardentis, nam iussio regis urgebat.
Fornax autem succensa erat nimis. Porro
vires illos, qui miserant Sidrach, Misach
et Abdenago, interfecit flamma ignis. Viri
autem hi tres ceciderunt in medio camino
ignis ardentis colligati. Et ambulabant in
medio flammis, laudantes Deum, et benedi-
centes Domino.

Ps. ex II. Voc. Dominico procedatis.

Lectio II.

Sermo sancti episcopi et Martyris.

quæst. 98. nov. ed.

Imitemur, fratres charissimi, tres pueros
Ananiam, Azariam et Misachem: qui ne
a late terrenti, nec captivitate fracti,
Iudea devota et Hierosolymis captis, in
ipso regno suo regem fidei virtute vice-
runt: qui adorare statuam, quam Nabuch-
odonosor rex fecerat, iussi, et iussis regis

inflammis fortiores exstiterunt, proclamantes, et fidem suam per haec verba testantes: Nabodonosor rex, non opus est nobis de hoc verbo respondere tibi. Est enim Deus, cui nos servimus, potens eripere nos de camino ignis ardentis, et de manibus tuis rex liberabit nos: et si non, notum sit tibi, quia deus tuus non servimus, et imaginem auream, quam habuisti, non adoramus. Credebant se illi secundum fidem posse evadere; sed addiderunt. Et si non, ut sciret rex, illos propter Deum neminem colebant et mori posse. Hoc est enim robur virtutis et fidei, credere et scire, quod Deus a morte presente liberare possit, et tamen mortem non timere, nec cedere, et robori fortius fides possit. Sicut et Daniel, cum compelleretur adorare idolum, quem tunc populus et rex colebat, in ascendendum Dei sui honorem plena fidei libertate prorupit, dicens: nihil colo ego, nisi Dominum Deum meum, qui condidit caelum et terram.

Terça III.

Lectio I.

De Daniele propheta. cap. 13.

Stans autem Azarias oravit sic aperiensque os suum in medio ignis ait: Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum, et laudabile et gloriosum nomen tuum in secula, quia assistes in omnibus quo fecisti nobis, et universa opera tua vera, et vis tua recta, et omnia iudicia tua vera. et iudicia enim omnia fecisti iuxta omnia, quo induxisti super nos, et super civitatem sanctam patrum nostrorum Ierusalem, quia in veritate Domini iudicio induxisti omnia haec propter peccata nostra. Peccavimus enim et iniquitatem commisimus recedentes a te, et deliquimus in

omnibus, et precepta tua non audiuimus
 nec obseruauimus, nec fecimus sicut proce-
 peras nobis, ut bene nobis opel. 9. Omnia
 ergo, que induxisti super nos, et uniuersa
 que fecisti nobis, in uero iudicio fecisti. Et
 tradidisti nos in manibus inimicorum no-
 strorum iniquorum provaricatorumque,
 et regi iniusto et pessimo ultra omnem
 terram. Et nunc non possumus aperire os:
 confusio et opprobrium facti sumus seruis
 tuis, et his qui colunt te. & cetera, que sumus,
 tradas nos in perpetuum propter nomen
 tuum, et ne dissipet testamentum tuum:
 neque auferas misericordiam tuam a nobis,
 propter Abraham uilectum tuum, et Isaac
 seruum tuum, et Israel sanctum tuum: qui-
 bus locutus es pollicens, quod multiplicares
 semen eorum sicut stellas coeli, et sicut are-
 nam que est in litore maris.

Ex I. elod. Dominico procedenti.

Lectio II.

Sermo sancti Iohannis Chrysostomi.

Hom. 11. in Matth.

Non longis sermonibus sicut uisi Chrysostomi
 sed paucis uerba declarauit: est, inquit,
 Deus in caelo, qui potest nos erucere, quid no-
 bis tantam multitudinem ostendis? quid
 fornacem? quid plures acutos? quid terri-
 biles illos satellites? His omnibus superior
 et potentior est Dominus. Deinde cogitantes,
 contingere posse, Deum ita uelle ac permit-
 tere ut ipsi comburerentur, ne illo occi-
 dente uiderentur mendacium locuti esse,
 hoc etiam addunt: quod si hoc non fiat, no-
 num tibi sibi, nos deos tuos non colere.
 Si enim uisissent, Deus ob peccata non erucet nos,

in non eripuerit, sedes ipsis non fuisse adhibita.
 Des hie illud tarent, illud vero dicunt informare,
 frequentissime peccata commemorantes. Coram
 rege autem nihil huiusmodi, sed etiam si con-
 uerenti sunt, piam religionem se non prodi-
 uros esse dicunt. et non enim pro retributione
 etque mercede id agebant, sed ex sola charitate;
 etiam si in captiuitate et in seruitute essent,
 nullo fruente bono; nam et patria et li-
 bertate et bonis omnibus exciderant. et ag-
 ro (autem) ipsis dolori erant ceterorum,
 quas ipsi uiderant, calamitates: quod sanctis
 maxime proprium est, non gloriam, non
 honorem, non aliud quid piam proximorum
 salutem anteponere. Vide igitur, quomodo in
 bonace pro omni populo supplicarent, et
 uitem ne quidem cum tranquille agimus,
 ratum recordamur.

Feria IV.

Lectio I.

De Daniele Propheta. cap. 13.

omine imminuti sumus plusquam om-
 nes gentes, sumusque humiles in uniuersa
 terra hodie propter peccata nostra. Et non
 est in tempore hoc princeps et dux et prophe-
 ta, neque holocaustum, neque sacrificium,
 neque oblatio, neque incensum, neque locus
 uirmitiarum coram te, ut posimus misce-
 re misericordiam tuam; sed in animo
 contrito, et spiritu humilitatis suscipia-
 mur. * Sicut in holocausto arietum et tau-
 rum, et sicut in millibus aquarum pin-
 nium, sic fiat sacrificium nostrum in
 conspectu tuo hodie, ut placeat tibi, quo-
 niam non est confusio confidentibus in
 te. Et nunc sequimur te in toto corde, et
 inuocamus te, et quorimus faciem tuam.

Ne confundas nos, sed fac nobiscum iuxta
mansuetudinem tuam, et secundum multi-
tudinem misericordiarum tuarum: et erue nos in
mirabilibus tuis, et da gloriam nomini tuo
Domine. *g.* Confundantur omnes, qui
offendunt seruis tuis mala, confundantur
in omnipotentia tua, et robur eorum con-
teratur: et sciant, quia tu es Dominus Deus
solus et gloriosus super orbem terrarum.
Et non cessabant, qui miserant eos, ministri
regis succedere fornacem naphtha et stipula,
et pice et malleolis: et effundebatur flam-
ma super fornacem cubitis quadraginta
nouem: et erupit et incendit, quos reperit
iuxta fornacem de Chaldæis. * Angelus autem
Domini descendit cum azaria et sociis eius
in fornacem, et excupit flammam ignis
de fornace: et fecit medium fornacis quasi
uentum roris flantem, et non te ligit eos
omnino ignis neque ~~cessit~~ contristauit,
nec quidquam molestie intulit. Tunc hi
tres quasi ex uno ore laudabant et glorifi-
cabant, et benedicebant Deum in fornace.
Ps. ex III. et Oct. Dominico precedenti.

Lectio II.

Sermo sancti Iohannis Chrysostomi.

hom. 2. in epist. ad Philen.

Numquam de humilitate extollaris. Forte
de dicto huiusmodi ridetis, quod humilitas
extollat. Sed ne miremini: extollit, cum ger-
mana non est. quomodo et qua ratione?
quando illa adhibetur ad excipiendos homines,
non Deum; quando ad laudes sibi conciliandas,
et altos spiritus sumendos. Nam et haereticum
est. Sicut enim multi, ut non
vanam gloriam seclari videantur, illam
seclantur, sic et cum se humiliant extolluntur,

modicum sapiant. Tres pueri in igne erant
 et in medio fornace; quid uero dicebant?
 Peccavimus, inique egimus cum patribus
 nostris. Hoc est cor contritum habere; ideo
 dicere poterant; sed in corde contrito, et in
 spiritu humilitatis suscipiamur. Si post-
 quam in fornacem inciderunt, admodum hu-
 miles erant, et magis quam antea fuerant.
 Postquam enim miraculum illud viderunt,
 indignos se salute existimantes, in humili-
 alem conversi sunt. Etiam cum putamus,
 nos propter meritum beneficia magna accepisse,
 tunc maxime angimur. At qui, quo propter
 meritum beneficia acceperunt illi? se ipsos in
 fornacem dediderunt, in captivitate tenui-
 fuerant aliis peccantibus, viventes enim ad huc
 illi erant: neque murmuraverunt vel indig-
 nati sunt, neque dixerunt: quid domini nobis con-
 fertur, quod deo serviamus? quid lucrati su-
 mus illum adorantes? Nihil horum dixerunt.
 Sed quid? peccavimus, inique egimus: neque
 nosse, sed pro aliis preces fundunt: quia regi,
 inquit, inimicis nostris et iniquis nostris tradidisti

Feria V.

Lectio I.

De Daniele Propheta. cap. 3.

Tunc Nabuchodonosor rex obstupuit, et sur-
 exit prope, et ait optimatibus suis: nonne
 es viros misimus in medium ignis compe-
 tos? qui respondentes regi dixerunt: vere rex!
 respondit et ait: ecce ego video quatuor viros
 solutos, et ambulantes in medio ignis, et
 nihil corruptionis in eis est; et species quarti
 similis filio dei. * Tunc auersit Nabucho-
 nosor ad ostium fornacis ignis ardentis, et
 ait: Sedrach, Misach et Abdenago servi dei

excelsi, egredimini et venite. At inique
 egrediuntur de medio ignis. Et congregati sa-
 pte et magistratus et iudices et potentes re-
 gis, contemplantur viros illos, quoniam
 nitide potestatis habuisset ignis in corporibus
 eorum, et capillus capitis eorum non est
 adustus, et sarabala eorum non sunt mi-
 nutata, et odor ignis non transiit per eos. g.
 Et erum pars et abuchodonosor ait: benedictus
 Deus eorum, Sidrach videlicet, Misach et Abdenago,
 qui misit angelum suum, et erunt seruos suos,
 qui crediderunt in eum: et verbum regis mi-
 nutauerunt, et tradiderunt corpora sua, et
 seruirent et ne adorarent omnem deum, ex-
 cepto Deo suo. * a me ergo positum est hoc
 decretum, ut omnis populus, tribus, et lingua,
 quocumque locuta fuerit blasphemiam contra
 Deum Sidrach, Misach et Abdenago, disperdat,
 et domus eius vastetur: neque enim est alius
 Deus, qui possit ita salvare. Tum rex promo-
 vit Sidrach, Misach, et Abdenago in provin-
 cia Babylonis.

Reg. ex II. et al. Dominio procedenti.

Lectio II.

Sermo sancti Iohannis Chrysostomi.

Hom. 18. in I. Cor.

Quis non obstupescit, quando quispiam, homo
 cum sit, communisque nature participo, in
 medijs versans hominibus sicut Adamas, non con-
 vertitur ad papionum agmen? cum inter
 ignem et feram, et feras versans, acramente
 fortior est, et per piculis verbum rationemque
 omnia superaverit? Vis discere quomodo a
 seruorum suorum vita sacrificetur Deus, quo-
 modo etiam a miraculis? Inmisit: Abuchodonosor

tres pueros in fornacem. Tunc quia vidit ignem
 non illos superare, ait: Benedictus Deus, qui misit
 angelum suum, et eripuit pueros suos a fornace,
 quia confiderunt in eum, et verbum regis muta-
 verunt. quid dicis? contentus fuisti, et miraris
 eos qui respuerunt? Etiam, inquit, et propter
 hoc ipsum, quod contentus fui habitus sui, et mi-
 raculi hanc statuit ope causam. Itaque non prop-
 ter signum tantum tunc gloria Deo fuit, sed prop-
 ter propositum eorum, qui illos inerti fuerunt.
 quod si quis hoc et illud per se examinet, non
 hoc illo minus est. a fornace enim liberasse
 non est maius ad rationem miraculi, quam
 animis persuasisse, ut ingrederentur in fornacem.
 quomodo enim non dignum stupore fuerit, cum
 rex orbis a pueris captivis despiciatur, et inerti
 vincendum superant? Jam mors despiciebatur,
 quia ad venturus erat Christus: et sicut iam ori-
 urus sole, aequam radii appereant, splendida
 efficitur lux diei, sic etiam venturo iustitiae sole
 mors tandem cedebat.

Feria VI.

Lectio I.

De Daniele Propheta. cap. 4.

Respondit Daniel regi et dixit: Domine mi,
 omnium his que te oderunt, et interpretatio
 ius hostibus tuis sit. Arborem quam vidisti
 bellicam etque robustam, cuius altitudo per-
 tingit ad caelum, et aspectus illius in omnem
 terram, et rami eius pulcherrimi et fructus
 eius nimius, et esca omnium in ea sub ter-
 ram habitantes bestiae agri, et in ramis eius
 commorantes aves caeli: Tu es rex, qui mag-
 nificatus es et invaluisti: et magnitudo tua
 crevit, et pervenit usque ad caelum, et potestas

tua in terminos uniuersa terra. & quod
 autem uidit rex uigilem, et sanctum descendere
 de caelo et dicere: succidite arborem et dissi-
 pate illam, attamen germen radicem eius
 in terra dimittite, et uinciatur ferro et ere
 in herbis foris, et rore caeli conpergatur, et
 cum feris sibi pabulum eius, donec septem
 tempora mutantur super eum: hoc est inter-
 pretatio sententiae altissimi, quae peruenit
 super Dominum meum regem. g. Eiciend
 te ab hominibus, etiam bestiis ferisque erit
 habitatio tua, et foenum ut bos comedes,
 et rore caeli infunderis: septem quoque tempo-
 ra mutantur super te, donec scias, quod
 Dominebur Excelsus super regnum hominum,
 et uicunque uoluerit de illud. quod autem
 praecipit, ut relinqueretur germen radicem
 eius, id est arboris, regnum tuum tibi mane-
 bit, postquam cognoueris potestatem de cae-
 lestem. * Quam obrem rex consilium meum
 placeat tibi, et peccata tua elemosinis redime,
 et iniquitates tuas misericordis pauperum:
 forsitan ignoscat delictis tuis. Omnia haec
 uenerunt super etabuchodonosor regem.
 Act. ex II. dicit. Dominico procedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Iohannis Chrysostomi.

L. j. de provid.

Quis quieso, rege Babylonicorum sceleration
 fuit, qui cum tantam Dei potentiam ex-
 peritus esset, ut Prophetam eius adoraret,
 iuberetque ei dona et odores offerre, rursus
 in pristinam reuersus superbiam eos, qui
 ipsum Deo praefere noluerant, ligatos in
 fornacem coniecit. Attamen hunc ita

rudelam, impium, feramque potius quam
 hominem ad poenitentiam provocat, aliasque
 offert ipsi resipiscendi occasiones; primo mira-
 culum quod in fornace contigit; deinde vi-
 sionem regi oblatam, quam interpretatus
 est Daniel, quo poterat vel lapideam animam
 ledere. Tandem post illam ex rebus ipsis
 salutem admonitionem, ipse propheta con-
 silium dedit his verbis: Propterea rex consili-
 um meum tibi placeat, et peccata tua cœ-
 nosynis redime, et iniquitates tuas in mi-
 serationibus pauperum: forsitan erit longa-
 vinitas delictis tuis. quid dicitur o sapiens et
 cæte? Estne post tantum lapsum reditus, et
 post tantum morbum sanitas? Hinc sumne
 post tantam amentiam spes resipiscendis? om-
 nem prius spem sibi præcudit rex, cum creata-
 tum suum, eumque quise ad tantum honorem
 uexerat, ignoravit, etiam si eius potentia
 etque providentiæ argumenta bene multa,
 im erga se tum erga progenitores suos exhi-
 ta, enarranda haberet.

Sabbato.

Lectio I.

De Daniele Propheta. cap. 4.

Post finem mensium duodecim in aula pa-
 lionis deambulabat (Belshazzar) re-
 onditque rex et ait: nonne hoc est Babylon
 magna, quam ego edificavi in domum regni,
 in robere fortitudinis meae, et in gloria de-
 oris mei? cumque sermo adhuc esset in ore
 regis, vox de celo iuit: tibi dicitur belshaz-
 ar rex: regnum tuum transibit a te
 et hominibus cunctis, et cum bestis et
 eris oris habitatio tua: fœnum quasi bos

comedes, et septem tempora mutabuntur super
 te, donec scias, quod dominetur Excelsus super
 te in regno hominum, et cumque voluerit
 det illud. Eadem hora sermo completus est su-
 per clabuchodonosor, et ex hominibus abiectus
 est, et fenum ut bos comedit, et rore caeli
 corpus eius infectum est, donec capilli eius
 in similitudinem aquilarum crescerent,
 et unguis eius quasi avium. ¶ Igitur
 post finem dierum ego clabuchodonosor
 oculos meos ad caelum levavi, et sensus meus
 reditus est mihi, et alispino benedixi, et
 viventem in sempiternum laudavi et glori-
 ficavi: quia potestas eius potestas sempiter-
 na, et regnum eius in generationem et ge-
 nerationem. Omnes habitatores terrae
 apud eum in nihilum reputati sunt, iusta
 enim voluntatem suam facit tam in virtu-
 tibus caeli quam in habitatoribus terrae,
 et non est qui resistat manui eius, et dicit
 ei: quare fecisti? * In ipso tempore sensus
 meus reversus est ad me, et ad honorem reg-
 ni mei decoremque perveni: et signa mea
 reversa est ad me: et optimales mei et ma-
 gistratus mei requisierunt me, et in regno
 meo restitutus sum, et magnificentia am-
 plior addita est mihi. Nunc igitur ego cla-
 buchodonosor laudo et magnifico et glorifico
 regem caeli, quia omnia opera eius vera, et
 vis eius iudicia, et gradientes in superbia
 potest humiliare.

¶ R. ex III. clod. Dominicae precedentis.

Lectio II.

De sermone sancti Joannis Chrysostomi.

l.c.

Cum ea quae sapientes explicare non poterant,

a Dei nihil interpretatus (Daniel regem) huius-
 modi miraculo eoque deduxit, ut non mo-
 do crederet, sed etiam orbi Ferrarum solificet
 eius dogmatis prece et doctor publicus: ita ut
 hanc signum huiusmodi venia indignus
 erat, quod Deum ignoraret; multo indig-
 nior post illud miraculum, et post confesio-
 nem suam atque doctrinam alius declara-
 tam. Quis igitur? num Deus apostatam
 ultus est, ut ulcisci debebat? quinimo maio-
 ra ipsi potentio suo signa probavit, ipsum-
 que post tantam vesaniam ad pristina ite-
 rum reduxit. Verum tamen tota vitis mira-
 culis omnibusque ammonitis, rex ille, qui
 alios docuerat, obstinatus mansit, et ad pristi-
 nam reversus est inprobilitatem. At ne
 unquam illum punivit, sed patienter
 alit, ac per somnium perque prophetam
 ammonens, cum tali vice nihilo melior
 videret, poenam demum iniussit, non
 reterita ulciscens, sed futura presciens
 mala, et inprobilitatem ne ulterius proce-
 deret coercens. atque tamen usque in finem,
 postquam enim paucis illum annis casti-
 spet, pristino reddidit honori, nullo damno
 velatum ex poena, sed bonum omnium
 maximum lucratum; ut nempe firmiter
 Dei erga Deum inhereret, ac de peccatis
 rioribus poenitentiam ageret.

Ad Vesperas Duplex.

Dominica ultima post Pentecosten
seu ante adventum.

Duplex maius. 12. lect.

Hoc Dominica semper ponitur ante Domi-
 nicam s. adventus, seu Dominica postquam
 XIX. Octobris, omnis reliquis si quo

forte ex precedentibus super sunt.

Sabb. preced. ad Magnif. ant.

Eril in templo abominatio desolationis: et
 usque ad consumationem et finem perse-
 verabit desolatio. Dan. 9.

Oratio ut infra ad Nat. utinas.

In I. nocturno.

Lectio I.

De Daniele Propheta. cap. 5.

Introductus est Daniel coram rege (Balthasar),
 ad quem profatus rex ait: tu es Daniel de fi-
 liis captivitate Jude, quem adduxit pater
 meus rex de Judea? audivi de te, quoniam
 spiritum deorum habes, et scientia intelli-
 gentiaque ac sapientia ampliores invento
 sunt in te. Et nunc introgressi sunt in con-
 spectu meo sapientes magi, ut scripturam
 hanc legerent, et interpretationem eius indi-
 carent mihi: et nequiverunt sensum huius
 sermonis edicere. Porro ego audivi de te,
 quod popis obscura interpretari et ligata
 dissolvere. Si ergo valet scripturam legere,
 et interpretationem eius indicare mihi, pur-
 pura vestieris, et torquem auream circa
 collum tuum habebis, et tertius in regno
 meo princeps eris.

R. R. huius Dominica semper sumuntur
 ex Dominica precedente 27.

Lectio II.

Ad quo respondens Daniel ait coram rege:
 munera tua sunt tibi, et dona domus tue
 alteri da: scripturam autem legam tibi,
 et interpretationem eius ostendam tibi.
 Rex! Deus altissimus regnum et magnifi-
 centiam gloriam et honorem dedit Nabucho-
 donosor patri tuo. quando subam elevatum

est cor eius, et spiritus illius obfirmatus est
 in superbiam depositus est de folio regni sui,
 gloria eius ablata est: et a filiis hominum
 reclusus est; sed et cor eius cum bestiis positum
 est, et cum onagris erat habitatio eius: fa-
 num quoque ut bos comedebat, et rore caeli cor-
 pus eius infectum est, donec cognosceret, quod
 potestatem haberet aeternam in regno homi-
 num; et quemcumque voluerit, suscitabit
 super illud.

Lectio III.

Tu quoque filius eius Baltasar, non humiliasti
 cor tuum, cum scires hoc omnia sed aduersum
 Dominatorem caeli elevatus es, et uasa domus
 eius allata sunt coram te: et tu, et optimates
 tui, et uxores tuae, et concubinae tuae vinum
 bibisti ex eis: deos quoque argenteos et aureos
 et aereos, ferreos, ligneosque et lapideos, qui non
 vident, neque audiunt, neque sentiunt laudasti.
 porro Deum, qui habet flatum tuum in ma-
 nu sua, et omnes vias tuas, non glorificasti.
 Varius ab eo missus est articulus manus, qui
 scripsit hoc, quod exaratum est.

Lectio IV.

Hoc est autem scriptura, quod digesta est: Mene,
 Thekel, Phares. Et hoc est interpretatio ser-
 monis: Mene; numeravit Deus regnum tuum,
 et complevit illud. Thekel: appensus es in
 latera, et inventus es minus habens. Phares;
 divisum est regnum tuum, et datum est Medis
 et Persis. Tunc iubente rege indutus est Da-
 niel purpura, et circumdata est torques
 aurea in collo eius: et predicatum est de eo,
 quod haberet potestatem tertius in regno suo.
 Eadem nocte interfectus est Baltasar rex
 Chaldeus, et Varius Medus huc est in reg-
 num annos natus sexaginta duos.

In II. nocturno.

Lectio V.

Sermo sancti Cypriani Episcopi et
Martyris. epist. 58.

Scire debetis, fratres dilectissimi, et pro certo cre-
dere ac tenere, preparatam diem super caput esse
cepisse, et occasum seculi ante ante christi tem-
pus ad propinquas se, ut parati omnes ad pro-
cium scemus, nec quidquam nisi gloriam vite
eterna et coronam confessionis dominice co-
gitemus. Nec putamus talia esse, quae veniunt,
qualia fuerunt illa quae transierunt: gravior
nunc et ferocior pugna imminet, ad quam fide
incorrupta et virtute robusta parare se debent
milites christi, considerantes, utinam se quotidi-
e calicem sanguinis christi libere, ut possint
et ipsi propter christum sanguinem fundere.

Lectio VI.

Quae nunc omnia consideranda sunt nobis,
ut nemo quidquam de seculo iam moriente
desideret; sed sequatur christum, qui vivit
in aeternum, et vivificat servos suos in fide
sui nominis constitutos. Venit enim tempus,
fratres dilectissimi, quod iam pridem dominus
nos per prophetas et docuit advenire di-
cens: venit hora, ut omnis, qui vos occiderit,
putet se obsequium deo facere. Nec quisquam
miretur, persecutionibus nos assidue fatigari,
et preparatis angustibus frequenter urgeri:
quomodo haec futura in novissimis tempo-
ribus dominus ante praedixerit, et militiam
nostram magisterio et hortamento huius sermonis
instruxerit. Venit antichristus, sed supervenit
christus. Graspat et servit inimicus, sed
statim sequitur dominus, passiones nostras
et vulnera vindicaturus. Graspat adver-
sarius et minatur, sed est, qui populum de eius
manibus liberat.

Lectio VII.

ad agonem secularem exercentur homines
 et parantur, et magnam gloriam compun-
 unt honoris sui, si illis, spectante populo et
 imperatore presente contigerit coronari.
 ac agon sublimis et magnus, et corona ce-
 lestis premio gloriosus, ut spectet nos cor-
 antes deus: et super eos, quos filios facere
 ignatus est, oculos suos pandens, certaminis
 vestri spectaculis perscrutetur. Gratiantes nos
 et fidei congressione pugnantem spectat deus,
 spectant angeli eius, spectat et christus, quanta
 est glorio dignitas, quanta felicitas presente
 deo congressi, et christo iudice coronari memo-
 mur, fratres dilectissimi! omnibus totis, et pa-
 remur ad agonem mente incorrupta, fide
 integra, virtute devota. ad aciem, qua nobis
 induitur, dei castra procedant. armentur
 integri, ne perdat integer quod nuper stetit.
 armentur et lapsi, ut et lapsus recipiat
 quod amisit. In tegros honor, ~~et~~ lapsos dolor
 ad prolium provocet.

Lectio VIII.

Dies ille qualis et quantus adveniet, fra-
 tres dilectissimi! cum cogerit populum su-
 um dominus reconferre, et divino cognitio-
 nis examine singulorum merita recognos-
 cere, mittere in gehennam nocentes, et per-
 cutores nostros flammis poenalis perpetuo
 ardore dominare, nobis vero mercedem fidei
 et devotionis exsolvere! Quae erit gloria et
 quanta letitia, admittitur deum videas,
 honorari, ut cum christo domino deo tuo
 salutis ac lucis aeterno gaudium capias! Haec
 fratres dilectissimi! haereant cordibus vestris;
 haec sit armorum nostrorum proparatio,
 haec diurna ac nocturna meditatio, aut o-
 culos habere, et cogitatione semper ac sensibus
 solvere iniquorum supplicia, et premia

ac merita iustorum: quid negantibus Domi-
nus comminetur ad poenam, quid contra con-
fidentibus promittat ad gloriam.

In III. octobris.

Lectio IX.

De Epistola beati Pauli apostoli
ad Hebraeos. cap. 13.

Charitas fraternitatis maneat in vobis, et
hospitalitatem nolite oblivisci; per hanc enim
salvaverunt quidam angelis hospitio receptis. Me-
morate vinctorum tamquam simul vincti;
et laborantium, tamquam et ipsi in corpore
morantes. Honorabile concubium in omnibus
et torus in maculatus: fornicatores enim et
adulteros iudicabit Deus. Sint mores sine aua-
ritia, contenti prosequibus; ipse enim dixit:
non te deseram neque derelinquam; ita ut
confidenter dicamus. Dominus mihi adiutor,
non timebo quid faciat mihi homo.

Lectio X.

Memento te prepositorum uestrorum, qui
vobis locuti sunt verbum Dei: quorum in-
tuentes exitum conversationis, imitamini
fidem. Jesus Christus heri et hodie: ipse et in
secula. Doctrinis variis et peregrinis nolite
abruui: optimum enim est gratia stabilire cor,
non escis, quo non profuerunt ambulanti-
bus in eis. Habemus altare, de quo dicere
non habent potestatem, qui tabernaculo
deserviunt. Quorum enim animalium
inferitur sanguis pro peccato in sancta per
pontificem; horum corpora cremantur
extra castra. Propter quod et Jesus, ut sancti-
ficaret per suum sanguinem populum, extra
portam passus est. Excamus igitur ad eum

extra castra, in properium eius portantes. Non
nimis habemus huius manentem civitatem sed fu-
turam inquirimus.

Lectio XI.

Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis
semper Deo, id est, fructum labiorum confi-
entium nomini eius. Beneficentis autem
et communionis nolite oblivisci; talibus
enim hostias promeretur Deus. Obedite pro-
positis vestris et subiaceite eis: ipsi enim per-
rigilant, quasi rationem pro animabus ve-
stris reddaturi, ut cum gaudio hoc faciant,
et non gementes: hoc enim non expedit vobis.
Orate pro nobis: confidimus enim, quia bonam
conscientiam habemus in omnibus bene vo-
lentes conversari. Amplius autem deprecor
vos hoc facere, quo celerius restituam vobis.

Lectio XII.

Deus autem pacis, qui eduxit de mortuis
pastorem magnum ovium, in sanguine
testamenti eterni, Dominum nostrum
Iesum Christum, optet vobis in omni bono,
ut faciatis eius voluntatem: faciens in
vobis, quod placeat coram se per Iesum
Christum. + Rogo autem vos fratres, ut sus-
teratis verbum solatii: etenim per paucis
scripsi vobis. Cognoscite fratrem nostrum
Timotheum dimissum: cum quo, si celerius
venerit, videbo vos. Salutate omnes pro-
positos vestros, et omnes sanctos. Salutant
vos de gloria fratres. gratia cum omnibus
vobis. amen.

+ cui est gloria in secula seculorum amen.

Sequentia sancti Evangelii secundum
Mattheum. cap. 24.

Propri. de Tempore. 136.

P. A.

281.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis:
 Cum videritis abominationem desolationis,
 que dicta est a Daniele propheta, stantem
 in loco sancto: qui legit intelligat: tunc
 qui in iudea sunt, fugiant ad montes; et
 qui in tecto, non descendant, tollere aliquid
 de domo sua; et qui in agro, non revertantur
 tollere tunicam suam. Vo autem prog-
 nantibus et nutriendibus in illis diebus.
 Orate autem, ut non fiat fuga vestra in
 hyeme vel sabbato. Erit enim tunc tribula-
 tio magna, qualis non fuit ab initio mun-
 di usque modo, neque fiet. Et nisi brevia-
 fuerint dies illi, non fieret salva omnis
 caro: sed propter electos breviantur dies
 illi. Tunc si quis vobis dixerit: ecce hic est
 Christus, aut illi; nolite credere. Surgent
 enim pseudochristi et pseudopropheta: et
 dabunt signa magna et prodigia, ita ut
 in errorem inducantur, si fieri potest, etiam
 electi. Ecce prodixi vobis. Si ergo viderint
 vobis: ecce in deserto est, nolite exire: ecce
 in penetralibus, nolite credere. Sicut enim
 fulgur exiit ab oriente, et patet usque in occi-
 dentem, ita erit et adventus filii hominis.
 Ubi cum que fuerit corpus, illi congregabun-
 tur et aquile. Statim autem post tribula-
 tionem dierum illorum, sol obscurabitur, et
 luna non dabit lumen suum, et stelle
 cadent de caelo, et virtutes caelorum commo-
 vebuntur: et tunc parebit signum Filii
 hominis in caelo: et tunc plangent omnes
 tribus terre, et videbunt Filium hominis
 venientem in nubibus caeli cum virtute

multa et maiestate. Et mittet angelos suos
cum tuba et voce magna et congregabunt
electos suos a quatuor ventis, a summis celo-
rum usque ad terminos eorum. Ab arbore
autem fici discite parabolam. cum iom-
ramus eius tener fuerit et folia nata, scitis
quia prope est aestas: ita et voscum videritis
haec omnia, scitote quia prope est in ianuis.
Amen dico vobis, quia non preteribit generatio
haec donec omnia fiant. Coelum et terra transi-
bunt, verba autem mea non preteribunt.

De Bened. ant. Cum videritis abomina-
tionem desolationis, quae dicta est a Daniele
propheta, stantem in loco sancto. & tribu-
catio magna, qualis non fuit ab initio mundi:
Matth. 24.

Oratio Sac. Greg.

Excita, quae sumus Domine, tuorum fidelium
voluntates: ut divini operis fructum pro-
pensius exequentes; pietatis tuae remedia maio-
ra percipiant. Per Dominum.

De Magnif. ant. Amen dico vobis: quia non
preteribit generatio haec, donec omnia
fiant: & coelum et terra transibunt, verba
autem mea non preteribunt. Matth. 24.

Teria II.

Lectio I.

De Daniele Propheta. cap. 6.

Vixerunt (Sathrapa) coram rege (Babylonia): Daniel
et filius captivitatis Iuda non curavit de lege
tua et de edicto quod constituisti: sed tribus tem-
poribus per diem oratione sua. quod

verbum cum audisset rex, satis contristatus est,
 et pro Daniele posuit cor, ut liberaret eum: et
 usque ad occasum solis laborabat, ut erueret
 illum. * Tunc rex precepit, et adduxerunt
 Danielem, et miserunt eum in lacum leo-
 num. Dixitque rex Danieli: Deus tuus, quem
 colis semper, ipse liberabit te. allatusque est
 lapis unus, et positus est super os lacu: quem
 obfirmavit rex annulo suo et annulo optima-
 rum suorum, ne quid fieret contra Danie-
 lem. Et abiit rex in domum suam, et domi-
 vit incenatus, ubique non fuit allatio-
 ram eo, in super et somnus recepit ab eo.
 ¶ Tunc rex primo diluculo confurgens,
 festinus ad lacum leonum perrexit, ap-
 propinquansque lacui Danielem voce la-
 crymabili inelamavit et affatus est eum:
 Daniel serue Dei viventis, Deus tuus, cui tu
 servis semper, putas me valuit te liberare
 a leonibus? Et Daniel regi respondens ait:
 rex in eternum vive. Deus meus misit
 angelum suum et conclusit ora leonum, et
 non nocuerunt mihi: quia coram eo iusti-
 tia inventa est in me: sed et coram te rex
 delictum non feci. * Tunc vehementer
 rex gavisus est super eo, et Danielem pro-
 cepit educi de lacu: eductusque est Daniel
 de lacu, et nulla lesio inventa est in eo,
 quia credidit Deo suo: jubente autem rege
 adducti sunt viri, qui accusaverant Danie-
 lem: et in lacum missi sunt et leonum missi
 sunt ipsi et filii et uxores eorum: et non per-
 venerunt usque ad pavimentum lacu, donec
 arriperent eos leones, et omnia opera eorum
 comminuerunt.

Lectio II.

Sermo sancti Iohannis Chrysostomi.
hom. 57. in genes.

Quando superna providentia nobis affert,
non solum malorum hominum insidias
effugere possumus, sed et si in bestias ipsas
incidamus, nihil adversi nobis evenit. etiam
Danieli leones sicut oves circumdabant,
et superno auxilio rebus eorum ferocitate
nihil illi incommodi dabant. etiam quod fe-
rocitatem non excreantes fero, eam tamen
retinuerunt, ut qui feris truculentiores erant,
re ipsa experti sunt. Hoc autem ad maiorem
illorum amissionem factum est, quia ra-
tione insigniti crudelitate bestias ratione
carentes vincebant. Timemque re ipsa didi-
cerunt quomodo ex Domini providentia
fero ipse iustum suum reverito, neque ausu
luerint eius corpus attingere: illi vero
feras in manitate superabant. Et ne pu-
tarent hoc ex visu solo ac specie facta esse,
per eos, qui postea in lacum micisti sunt,
agnoverunt, eas cum iusto viro ovium
mansuetudinem imitatas, et naturae suae
oblitae esse, cum iis autem, qui postea micisti
sunt, ferocitatem suam exhibuisse. Si quando
superno auxilio munimur, non solum effu-
gimus inimicorum insidias, sed et si in be-
stias ipsas incidamus, nihil patimur grave.
Dei enim manus potentior est omnibus,
ipsa nos undique satis munit et invictos
facit.

Tertia III.

Lectio I.

De Daniele Prophecia. cap. 7.

Afficiebam donec throni positi sunt, et

antiquus dierum sedit: vestimentum eius candidum quasi nix, et capilli capitis eius quasi lana munda: thronus eius flammis ignis; rota eius ignis accensus. Fluvius igneus rapidusque egrediebatur a facie eius: millia millium mina strabant ei, et decies millicies centena milia asis strabant ei: iudicium sedit, et libri aperti sunt. * aspicebam ergo in visione noctis, et ecce cum nubibus caeli quasi filius hominis veniebat, et usque ad antiquum dierum pervenit, et in conspectu eius obtulerunt eum. Et dedit ei potestatem, et honorem ob regnum: et omnes populi, tribus et linguas ipsi servient: potestas eius potestas aeterna, quae non auferetur, et regnum eius, quod non corrumpetur. **g.** Et ait: bestia quarta regnum quartum erit in terra, quod maius erit omnibus regnis, et devorabit universam terram, et conculcabit, et comminuet eam. Cornua decem ipsius regni decem reges erunt: et alius consurgens postea, et ipse potentior erit prioribus, et tres reges humiliabit: et sermones contra Excelsum loquetur, et Sanctos Aeterni conteret: et putabit quod possit mutare tempora et leges, et tradentur in manus eius usque ad tempus, et tempora ad dimidium temporis. * Et iudicium sedebit, ut auferatur potentia, et conteratur, et dispercat usque in finem: regnum autem, et potestas, et magnitudo regni, quae est subter omne caelum, de heri populo Sanctorum Aeterni: cuius regnum regnum sempiternum est, et omnes reges servient ei et obediant.

Reg. ex III. claud. Dominice 27.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii episcopi et Martyris.

C. 4. contra her. cap. 26.

si quis intenderit legat scripturas, inueniet in
 eisdem de Christo sermonem, et nouo uocationis
 profigurationem. Hic est enim thesaurus abscon-
 sus in agro, id est, in isto mundo, absconsus uero
 in scripturis thesaurus Christus, quoniam
 per typos et parabolas significabatur. Unde
 non poterat hoc, quod secundum hominem
 est, intelligi, priusquam consummatio eo-
 rum, que consummata sunt, ueniret, que
 est aduentus Christi. Omnis enim propheta,
 priusquam habeat effectum, enigmata et
 ambiguitates sunt hominibus. Cum autem
 uenerit tempus, et euenerit quod prophetatum
 est, tunc prophetis habent liquidam et certam
 expositionem. Et propter hoc quidem iudeis
 cum legitur lex in hoc nunc tempore, fabula
 similis est: non enim habent expositionem
 omnium rerum pertinentem ad aduentum
 Filii Dei, qui est secundum hominem: a Chri-
 stianis uero cum legitur, thesaurus est abscon-
 sus in agro; cruce uero Christi reuelatus est
 et explanatus, et dilans sensus hominum,
 et ostendens sapientiam Dei, et eas, que sunt
 erga hominem, dispositiones eius manifestans,
 et Christi regnum proformans, et heredita-
 tem sancte Iherusalem preuangelizans;
 et pronuntians, quoniam in tantum homo
 diligens Deum proficiet, ut etiam uideat
 Deum.

Feria IV.

Lectio I.

De Daniele propheta cap. g.

In anno primo Darii filii apueri de se-
 mine Medorum, qui imperauit super reg-
 num Chaldeorum, anno uno regni eius
 ego Daniel intellexi in libris numerum
 annorum, de quo factus est sermo Domini

ad Jeremiam prophetam, ut compleretur
 desolationis Jerusalem septuaginta anni.
 Et posui faciem meam ad Dominum Deum
 meum, rogare et deprecari in ieiuniis,
 lacrimis, et cinere. * Et oravi Dominum De-
 um meum, et confessus sum et dixi: ob-
 scuro Domine Deus magne et terribilis,
 custodiens pactum et misericordiam dili-
 gentibus te, et custodientibus mandata
 tua. Peccavimus, iniquitatem fecimus,
 impie egimus, et recepimus et declinavi-
 mus a mandatis tuis ac iudiciis. *g.* Non
 obedivimus servis tuis prophetis, qui locuti
 sunt in nomine tuo regibus nostris, prin-
 cipibus nostris, patribus nostris, omni que
 populo terre. Tibi Domine iustitia, nobis
 autem confusio faciei, sicut est hodie viro
 Juda et habitatoribus Jerusalem, et omni
 Israel, his qui prope sunt, et his qui procul,
 in universis terris ad quas eiecisti eos, prop-
 ter iniquitates eorum, in quibus pecca-
 verunt in te. * Domine nobis confusio
 faciei, regibus nostris, principibus nostris,
 et patribus nostris, qui peccaverunt. Tibi
 autem Domine Deo nostro misericordia et
 propitiatio, quia recepimus a te: et non
 audivimus vocem Domini Dei nostri, ut
 ambularemus in lege eius, quam posuit
 nobis per servos suos prophetas.

R. R. ex L. oct. Dominicis 27.

Lectio II.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.

Serm. 8. ad J. Judaeos.

Audistis, quemadmodum captivitas predicta
 fuerit, et propheta non ausus fuerit preces

B. A.

et supplicationem ad movere Deo ante tem-
 pus profinitum; ne frustra temereque
 audens audiret, quod audiit Jeremias: ne
 rogaveris pro populo hoc, neque postulaveris
 pro illis, quoniam non exaudiam te. Verum
 ubi vidit vaticinium esse completum,
 simulque tempus vocare ad reditum, tunc
 orat, nec simpliciter, sed in ieiunio, facit
 et cinere: et quod in hominum moribus
 evenire solet, id fecit erga Deum. Nos enim
 cum videmus aliquos, qui famulos post
 multa graviaque commissa coniecerunt in
 vincula, non protinus in principio oror-
 dioque punitionis ad movemus supplicatio-
 nem; sed ubi sciverimus illos aliquot dies
 temperatiores esse factos, tunc adimus
 heros, nam iam et ab ipso tempore auxi-
 lium. Hoc sane et propheta fecit: postquam
 enim penas dederunt haudquaquam dignas ad-
 missis, attamen dederunt, iam ait Deum pro
 illis verba facturus. Quis facis o Daniel, pro
 hominibus, qui peccaverunt et offenderunt,
 intercedens, eorum mentionem facis, qui
 legem illius servaverunt? Ergone digni venia
 sunt, qui precepta illius violant? Non ob
 istos haec loquor, inquit, sed ob horum progeni-
 tores, qui precepta illius servaverunt. Quo-
 niam igitur hi nullo iure possunt petere
 salutem, idcirco eorum progenitorum men-
 tionem facis.

Feria V.

Lectio I.

De Daniele Propheta. cap. 9.

Omnes Israel peccaverunt tibi sunt legem tuam,
 et declinaverunt ne audirent vocem tuam,
 et stillavit super nos maledictio et detestatio,

quo scripta est in libro Moysi serui Dei, quia
 peccavimus ei. Et statuit sermones suos, quos
 locutus est super nos et super principes nostros,
 qui iudicaverunt nos, ut super induceret in nos
 magnum malum, quale nunquam fuit sub
~~caelo~~ omni caelo, secundum quod factum est
 in Ierusalem. * Sicut scriptum est in lege Moysi,
 omne malum hoc venit super nos: et non
 rogavimus faciem tuam Domine Deus noster,
 ut revertere mur ab iniquitatibus nostris,
 et cogitaremur veritatem tuam. Et vigilavit
 Dominus super malitiam, et adduxit eam super
 nos inquit Dominus Deus noster in omnibus
 operibus suis, quae fecit. non enim audivimus
 vocem eius. g. Anunc Domine Deus noster,
 qui eduxisti populum tuum de terra Aegypti
 in manu forti, et fecisti tibi nomen secundum
 diem hanc: peccavimus, iniquitatem fecimus
 Domine in omnem iustitiam tuam: avertatur
 obsecro ira tua et furor tuus a civitate tua Ierusalem,
 et monte sancto tuo. Propter peccata
 enim nostra et iniquitates patrum nostrorum,
 Ierusalem et populus tuus in opprobrium sunt
 omnibus per circuitum nostrum. * Et tunc ergo
 exaudi Deus noster orationem serui tui, et precor
 eius, et ostende faciem tuam super sanctuarium
 tuum, quod desertum est, propter temetipsum.
 Inclina Deus meus aurem tuam et audi: aperi
 oculos tuos et vide desolationem nostram et civi
 tatem super quam invocatum est nomen tuum,
 neque enim in iustificationibus nostris proster
 ninus precor ante faciem tuam sed in misera
 tionibus tuis multas. Exaudi Domine, placare
 Domine, attende et fac, ne merearis propter
 temetipsum Deus meus: quia nomen tuum in
 vocatum est super civitatem et super populum
 tuum.

R. ex I. et Oct. Dominica 27.

De sermone sancti Iohannis Chrysostomi.

i.e.

Post hoc, quoniam attigerat illorum peccata, nar-
rat et poenam quam dederant, ac hoc Deum ad mi-
sericordiam revocare cupiens. Quamquam autem
peccata illorum, qui peccaverant, et oculis epel, et
aliam in medium adduxisset, nec si quidem
illos horum causa rogat ut serventur. Vide igitur
bonitatem famuli. Siquidem hic cum ostendisset,
indignum digna meritis epel, et per sepi, nec iis,
suo multa licet pertulerunt, solvipent quo pro
omnibus debebant. mox confugit ad Dei misericor-
diam et ad solitam illius bonitatem erga genus
humanum, dicens: Et nunc Domine Deus noster,
qui eduxisti populum tuum e terra aegypti, et fecisti
tibi nomen, ut huius est dies, peccavimus, iniquita-
tem fecimus. Et in quem ad modum illos, inquit,
non ex ipsorum beneficiis salvos fecisti, sed afflictio-
nem videns et angustias, et clamorem illorum
exaudis: si et nos libera a presentibus malis
propter solam bonitatem tuam erga genus homi-
num, etiam aliud nullum habemus ius sperandae
salutis. Hoc locutus multaque lamentatus, mox
inducit ipsam civitatem, et ait: ostende faciem tuam
super sanctuarium tuum. Posteaquam (cum)
circumspicere hominibus neminem vidisset, qui pos-
set Deum reddere propitium, ad aedificia con-
fugit, et civitatem ipsam obicit, cuiusque desola-
tionem posuit ob oculos: atque in his fructu sermone
tuum propitium reddidit.

Feria VI.

Lectio I.

De Daniele propheta. cap. 9.
um adhuc loquerer et orarem, et considerer pec-
cata mea et peccata populi mei Israel, et proster-
norem precor meae in conspectu Dei mei, in premon-
te sancto Dei mei: adhuc me loquentem in oratione,
cuius vir Gabriel, quem videram in visione a principio,

cito volans deligit me in tempore sacrificii res-
 pertini. & Et docuit me, et locutus est mihi,
 dixitque: Daniel nunc egressus sum, ut docerem
 te, et intelligeres. Ab exordio precum tuarum
 egressus est sermo: ego autem veni, ut indicarem
 tibi, quia vir desideriorum es: tu ergo animaduer-
 te sermonem, et intellige visionem. 9. Septua-
 ginta hebdomades abbreviate sunt super po-
 pulum tuum, et super urbem sanctam tuam,
 ut consummetur provaricatio, et finem
 accipiat peccatum, et deleatur iniquitas, et
 adducatur iustitia sempiterna, et impleatur
 visio et propheta, et ungetur sanctus sanctorum.
 Scito ergo et animadverte: ab exordio sermonis,
 ut iterum edificetur Jerusalem, usque ad Chri-
 stum ducent hebdomades septem, et hebdomades
 sexaginta duo erunt: et iterum edificabitur
 platea et muri in angustiis temporum. & Et
 post hebdomades sexaginta duas occidetur Chri-
 stus: et non erit eius populus, qui eum nega-
 turus est. Et civitatem et sanctorum dissi-
 pabilis populus cum duce venturo: et finis eius
 vastitas, et post finem belli statuta desolatio.
 Confirmabit autem pactum multis hebo-
 mada una: et in dimidio hebdomadis deficiet
 hostia et sacrificium: et erit in templo abo-
 minatio desolationis: et usque ad consumma-
 tionem et finem perseverabit desolatio.

Reg. ex III. et vii. Dominiis 27.

Lectio II.

De expositione sancti Hieronymi
 Presbyteri. comment. in Dan.

Capitulum, quod in Daniele de septuaginta
 hebdomadibus legimus, multa et mirabilia
 continet, quae nunc longum est dicere: ergo
 quod praesens opus pertinet, de temporibus
 disputandum est. Et illi quae dicitur, quoniam de
 adventu Christi predicatio filii, qui post septem

Septuaginta hebdomadas mundo apparuit. Dicit
 autem ipse angelus septuaginta annorum heb-
 domadas, id est, annos quadringentos nonaginta,
 ab exitu sermonis, ut responderetur et ut edifi-
 cetur Ierusalem, viceimum Artaxerxis regis
 Persarum annum habere principium. et ceteras
 quippe huius pincerna sicut in Esdra libro
 legimus, rogavit regem, augetque responsum,
 ut edificaretur Ierusalem. Siquidem ad Cyri
 regis imperium, qui volentibus reuertit Ieroso-
 lymam. Deditque potestatem, Iesus pontifex et
 Zerobabel, et postea Esdras sacerdos, et ceteri
 quicum eis proficisci voluerant, templum et
 urbem et muros eius edificare conati sunt, pro-
 hibentibus in circuitu nationibus, ne imple-
 retur opus, quasi hoc rex non iussisset. Mansit
 itaque imperfectum opus usque ad ceteras
 et viceimum annum regis Artaxerxis. Et
 tunc primum Artaxerxes iussit muros ex-
 plicari Ierusalem: cui operi profuit ceteras,
 et edificata est platea, et muri circumdatis,
 et ex illo tempore si numerare velis, septua-
 ginta annorum hebdomadas usque ad Christum
 poteris invenire.

Sabbato.

Lectio I.

De Daniele Propheta. cap. 12.

In tempore illo con surge Michael princeps
 magnus, qui stat pro filiis populi sui: et
 veniet tempus, quale non fuit ab eo, ex quo
 gentes esse ceperunt usque ad tempus illud.
 Et in tempore illo salvabitur populus tuus
 omnis, qui in ventus fuerit scriptus in libro.
 Et multi de his, qui dormiunt in terra pal-
 vere, evigilabunt, alii in vitam eternam,
 et alii in opprobrium ut videant semper. *
 Qui autem dormi fuerint, fulgebunt quasi
 splendor firmamenti: et qui ad iustitiam

234.

erudiant multos, quasi stelle in perpetuas
eternitates. Tu autem Daniel claudesermo-
nes et signa libri usque ad tempus statutum,
plurimi pertransibunt et multiplex erit
sententia. Et vidi ego Daniel, et ecce quasi duo
alii stabant unus hinc super ripam fluminis,
et alius inde ex altera ripa fluminis. *g.* Et
dixi viro, qui erat indutus lineis, qui stabat
super aquas fluminis: usquequo finis horum
mirabilium? Et audiui virum, qui indutus
erat lineis, qui stabat super aquas fluminis,
cum elevasset dexteram et sinistram suam in
caelum, et iurasset per viventem in eternum:
quia in tempus et tempora et dimidium tem-
poris; et cum completa fuerit dispersio manus
populi sancti, complebuntur universa haec.
Et ego audiui, et non intellexi. Et dixi: Do-
mine mi, quid erit post haec? Et ait: vade
Daniel, quia clausi sunt signa huius sermones
usque ad profinitum tempus. * Eligentur
et dealbentur, et quasi ignis probabuntur
multi: et impii agent impii, neque intelli-
gent omnes impii, porro docti intelligant.
Et a tempore, cum ablatum fuerit iuge sacri-
ficium, et posita fuerit abominatio in deso-
lationem, dies mille ducenti nonaginta. Des-
cendens, qui expectat, et pervenit usque ad dies mille
trecentos triginta quinque. Tu autem vade
ad profinitum: et requiesces, et stabis in forte
tua in finem dierum.

Re. ex III. et Oct. Dominica 27.

Lectio II.

De expositione sancti Hieronymi
Presbyteri. l. c.

Oppropio antichristo, et spiritu salvatoris
certando, salvabitur populus qui scriptus fuerit
in libro Dei: et pro diversitate meritorum alii
resurgent in vitam eternam, et alii in opprobrium

sempiternum. Magistri autem habebunt simi-
 litudinem caeli; et qui alios erudierunt, stellarum
 fulgore comparabuntur. Non enim sufficit scire
 sapientiam, nisi et alios erudias: tacitusque sermo
 doctrinae alium non edificans mercedem operis
 recipere non potest. Tu autem Daniel, claudere
 sermones. Qui Danieli multiplicem revela-
 verat veritatem, ipsa occulta esse significans
 quo locutus est, praecipit ut involvat sermones
 et signet librum; ut legant plurimi, et quaeant
 historiae veritatem, et propter obscuritatis mag-
 nitudinem diversa opinentur. Librum autem
 illum potest solvere, qui Scripturarum sacramen-
 ta cognovit, et intelligit enigmata et verba
 tenebrosa propter mysteriorum magnitudinem,
 et interpretatur parabolas, et occidentem lit-
 teram transfert in spiritum vivificantem.
 A ego audivi et non intellexi. Tu et propheta
 intelligere quod viderat, imo quod audierat, et
 futurorum cupit cognoscere veritatem. audie-
 rat enim regum bella diversa, et inter se proelia,
 et multiplicem historiam; sed nomina non audie-
 rat singulorum. Si autem propheta audivit
 et non intellexit, quid facient hi, qui signatum
 librum, et usque ad tempus consummationis
 multis obscuritatibus involutum, profundio-
 re mentis ediderunt? Cum autem, inquit, finis
 id venerit, impii non intelligent, et qui volu-
 nerint disciplinae Dei, intelligere poterunt.
 Et Vesperas duplex, ut Sabbato ante
 Dominicam I. adventus.

Explicit proprium de tempore.

M. D. C. LXX.



[Faint, illegible handwritten text in a cursive script, likely a historical document or manuscript.]